


Sammelband

Obj 100.



EPITOME
HARMONIAE

EVANGELICAE

conscripta à

MARTINO CHE-
NITIO, THEOLOGIAE DOCTO-

re, & Ecclesiae Brunsvicensis Superins-

tendente vigilantissimo

edita à

POLYCARPO LYSERO D.



Cum Privilegio Illustrissimi Domini Admini-
stratoris Saxoniae.

VVITTEBERGAE,

Typis Zachariae Lehmanni, Anno 1594.

Sumptibus Haeredum Bartholomaei Vogelii

& Andreae Hofmanni.

Valentini Nylü.



HAARMOLE
EVANGELIUM
POLYCARPUS

Poly carp [Leyser] IT



1711 ERG. 1
1711 ERG. 1
1711 ERG. 1

1939 8328



ILLVSTRISSIMIS
GENEROSISSIMISQVE

Principibus ac Dominis:

D. CHRISTIANO,

D. IOANNI GEORGIO,

D. AVGVSTO.

Potentissimorum S. R. I. Electorum &

Prætorij Præfectorum,

Christianissimi illius AVGVSTI

Nepotibus,

& Augustissimi CHRISTIANI, I.

Filiis:

Saxonix Ducibus, Thuringix Land-

graviis, Misnix Marchionibus & Mag-

deburgi Burggraviis: Dominis

suis clementissimis:

quotidianum gratia, pietatis, sapientix &

studiorum incrementum, à Christo

Iesu precatur,

Polycarpus Lyserus D.



ETVS HAEC CONSVET

tudo est, & non Patrum mo-

dò, sed & Evangelistarum

exemplo confirmata, quòd sa-

a 2

crarum

EPISTOLA

crarum literarum interpretes, studiorum suorum fructus & labores Principibus viris offerre atq; dedicare solent. Sic Cyrillus celeberrimus ille Alexandrinae Ecclesiae Antistes, non paucas suas lucubrationes, pientissimo & Christi amanstissimo Imperatori Theodosio inscripsit. Et Evangelista Lucas, utramq; suam & Evangelicam & Apostolicam historiam Theophilo, viro illustri dedicavit, quem pleriq; Principem virum, qui primitivam Ecclesiam in turbulenti illius seculi palæstra certantem, consiliis juverit & virtute protexerit, fuisse existimant.

Hujus autem consuetudinis plures & diversæ sunt causæ. Alij hoc spectant, ut illos, quibus tales libros offerunt, aliquo amoris, reverentiæ et subjectionis officio demerentur. Alij, ut idoneos suorum laborum patronos sibi parent. Alij, ut sui officij ipsos admoneant. Alij, ut sic ingenij sui partus aliis comendatiores reddant.

Ego

DEDICATORIA.

Ego verò, Illustrissimæ proſapia, atq;
generosissimæ indolis Principes, Domini
ſubjectiſſimo studio mihi colendi, dum
hanc Evangelicæ Harmoniæ Epitomen,
(quæ summam hiftoriæ, doctriinæ & vi-
tæ Chriſti Ieſu unici noſtri Salvatoris, con-
tinet) vobis nuncupandam duxi, ſi quod
res eſt ingenuè fateri velim, & conjun-
ctim cauſas illas omnes ſpectavi, & ſe-
orſim hanc potiffimum conſilij mei ratio-
nem habui: quòd exiſtimavi hujus libel-
li argumentum & meditationem quotidiana-
nam, veſtræ huic ætati & conditioni non
malè convenire.

Educandi eſtis in pietatis & litera-
rum ſtudiis ad omnigenam virtutem Prin-
cipibus dignam, quò adulti olim, non tan-
tùm a vitas haſce provincias veſtras cùm
laude ſumma, ad Dei gloriam & ſubdi-
torum ſalutem regere, ſed & univerſo Ro-
mano Imperio præſidio & ornamento eſſe
poſſitis.

EPISTOLA

possitis. At quodnam solidius pietatis fundamentum poni, aut quatenam validiora ad virtutem plantandam argumenta inveniri possunt, quam quæ ex doctrina & exemplo Christi, Regum Regis & unici vite Ducis, desumuntur? Itaque hujus doctrinam si assidue audieritis, hujus vitam si indefinenter aspexeritis, & ad ejus præscriptum vestram quoque diligenter informaveritis, experiemini aliquando æternum cum vestro decore & gloria nunquam intermoritura, quantum istud vobis profuerit.

Inveniuntur quidem politici aliqui viri, qui existimant Principum ingenia, hisce studiorum exercitijs in juventute nequaquam oneranda aut fatiganda esse; sed libertatem ipsis concedendam. Sacerdotum sive eorum, qui verbi ministri fieri velint, interesse, ut à teneris sacras serventur literas, et tenuioris fortunæ homines
necesse

DEDICATORIA.

necesse habere, ut in libris se macerent,
quò progressu ætatis habeant, unde victio-
tent. Principes autem, cum in rerum om-
nium abundantia vivant, sat pecuniarum
habere, quibus conducant doctos, & sa-
pientes viros, qui Ecclesias & curias re-
gant, nec opus esse ut ipsi quoque studiis in-
vigilando iuventutis dulcedinem sibiipsis
amarum reddant. Interim ipsos vel domi
in palestra, pilæ hastæve lusu, vel foris
equitando, venando, jaculando, exercitiis
Principibus dignis, sese oblectare debere.

Sed hosce sermones, quibus Mundus
virtutis candidatos non raro illaqueare, &
si obtemperant, in extremum perditionis
barathrum precipitare solet, ô vos generos-
sissimæ animæ, Saxonici stemmatis flos
unicè, non aliter quàm improbissimæ Sys-
renis cantum, toto pectore a versemini, fue-
gite, execremini. Quàm procul enim a

4 vero

EPISTOLA

vero absint, uno vel altero exemplo, & sacris literis, quæ fallere nequeunt petito, demonstrabo.

Summus ille & bellicosissimus Israël-
 ius Rex David, mox in principio divini
 sui poematis, Reges & Principeshorta-
 tur, ut Dei verbo se erudiri, patiantur, &
 filium Dei, Iesum Christum exosculentur,
 eiq; serviant. At cur Reges Dei verbo
 erudiri opus est? Nisi quia summus hujus
 in omni Reipub. administratione usus est,
 adeoq; tantus, ut non Achitophelem, non
 Chusai, sed Dei testimonia suos Consilia-
 rios fuisse David ipse pronunciauit,
 Psal. 119. v. 24. Rursus, quomodo Prin-
 cipes Christum exosculabuntur & reve-
 renter observabunt? nisi inde à prima
 juventute ad doctrinam eius assuefiant.
 Hac de causa idem ille Rex David, fi-
 lium suum Salomonem, constitutum Regni
 successorem non tantum cum reliquis filiis
 suis

DE DICATORIA.

suis subdidit disciplinae Ionathani, viri prudentis & literati, 1. Par. 27. v. 32. sed & submitit eum institutioni Nathanis Prophetæ, ut tantò magis ad veram pietatem & Dei timorem informaretur.

Ex hac Prophetæ Nathanis institutione, Salomon, Regum omnium quotquot unquam vixerunt, ipsius Dei testimonio, sapientissimus, tantum profecit: ut aurea illa & omnium Principum cordibus prurissime inscribenda dicta suis Proverbiis inseruerit, Cap. 20. v. 28. Misericordia & veritas custodiunt Regem: & roboratur clementia thronus ejus. Et cap. 25. v. 5. Aufer impietatem de vultu Regis: & firmabitur justiciâ thronus ejus. Item cap. 29. v. 14. Rex qui judicat in veritate pauperes: thronus ejus in æternum firmabitur. Audimus, non tam pecuniâ, armis, equitatu, muris, aggeribus, robore bellico & similibus, quibus tamen Rex ille

a 5. feli-

EPISTOLA

felicissimus vel maxime abundabat, regna
 & principatus firmari, roborari, stabiliri,
 quam misericordia, veritate, clementia,
 justitia & consimilibus virtutibus, quae
 omnes per pietatis & literarum studium,
 cui Deus benedicit, in Regum & Princi-
 pum pectoribus producuntur.

Neg veró hac pietatis exercitia, tan-
 tum Veteris Testamenti Regibus & Princi-
 pibus, qui adhuc sub Legis disciplina des-
 tinebantur, praescripta iudicabimus: ut
 jam in Novo Testamento Christi libertas
 te donati, illis non subjaceant. Quin audias
 mus Iesaiam Prophetam de Christi Eccle-
 sia inter alia sic vaticinantem: cap. 49.
 v. 23. Erunt Reges (sive Principes) nu-
 tricij tui: & reginae eorum nutrices tuae.
 Quo oraculo Deus non tam Ecclesiam suo-
 am consolari, quam Regum & Princi-
 pum officium describere voluit: quod inter
 alia in eo potissimum consistit, quòd ipsis
 Deus

DEDICATORIA.

Deus committere dignatur, custodiam & defensionem Ecclesiae suae, quam proprio sanguine redemit.

Non nego Deum ferè occulta quadam majestatis suae virtute & ineffabili providentiae suae nutu Ecclesiam defendere & propagare, ita ut hominum ea in re opera ipsi parum sit opus. Veruntamen benignitatis ipsius oculis ita placet, quòd quemadmodum hominibus cooperarijs utitur, quorum ministerio in spiritali suo regno electos suos regenerat, justificat, salvat: ita eosdem sub piis Principibus et religiosis magistratibus, in mundano tegno, adversus undiq; imminencia pericula tueri vult, ut tranquillam & quietam vitam degant, cum omni pietate & honestate, 1. Tim. 2. v. 2. Hoc verò officio suo si Principes aliquando rectè defungi, seq; verè patronos atq; nutricios Ecclesiae exhibere velint, omnino necesse est, ut ma

EPISTOLA

ut maturè & à pueris ad pietatem infor-
mentur, animi ipsorum vera religione im-
buantur, in ea pretiosum à vili, verum à
falso internoscere, hæreses abominari, Syn-
ceritatem doctrinæ pupillâ oculi chariorem
habere discant. Sic enim paulatim assue-
fient, ut Ecclesiam magis, quàm pretio-
sissimum auri vel gemmarum thesaurum,
sue fidei curæq; commendatam esse pae-
tiantur.

Si quis verò his auditis etiamnum du-
bitare velit, utrum Principibus, religio-
nis & pietatis studium tantoperè sit ne-
cessarium: is perpetuò Dei ordinem, quem
inde ab initio in gubernando suo populo ob-
servavit, intueatur. Certè primo illo &
verè aureo Patriarcharum seculo, penes
unum & eundem, primogenitum nimi-
rum, tam regni quam sacerdotij functionem
esse voluit: ostensurus, quàm conjuncta
hæc

DEDICATORIA.

hæc officia esse debeant. Postea ubi sub
Lege hæc officia etiam in personis distinc-
xit, ita tamen ea segregavit, ut interim
quidvis, nisi plane stupidus, ea conjunctissi-
ma esse debere facile intelligere posset.
Nam cum primò in gente Iudaica guber-
nationis formam constitueret, delegit duos
germanos fratres, Moſen & Aaronem:
& alteri quidem divini cultus curam,
alteri verò Reipub. administrationem com-
misit. Ita docens, tum demum & Eccle-
ſias & Respub. florere poſſe, atq. ſalvas
futuras, ſi inter duos illos ordines plus
quam fraterna animorum conjunctio eſſet.
Vnde ſequentibus ſeculis factum eſt, quòd
tantum illi populi Iſraëlitici Principes &
Reges, ob rectam Reipub. adminiſtratio-
nem in ſacris literis commendantur, & fe-
lices fuiſſe deprædicantur, qui ſinceri ver-
bi & cultus divini tutores & defenſores
fuerunt. Quales cum primis commemoran-
tur

EPISTOLA

tur Gedeon, Samuel, David, Iosaphatus,
Ezechias, Iosias, Iudas Maccabeus, &
pauci alij. Reliquos Spiritus sanctus ferè
nigro calculo notat, & post mille hujus in-
felicitis mundi infortunia æternum perijsse
testatur, maximè eam ob causam, quòd
vel religionis curam & Dei verbum nihil
ad se pertinere putarent, vel in his pro suo
arbitrio ludere auderent.

Sed quid opus est multis? Vsq; ad-
deò planum & extra omnem controver-
siam est, Respublicas & Principatus il-
lustres, absq; religionis cura & divinæ
voluntatis cognitione (in quibus vel mas-
ximè illorum Præsides se exercere de-
bent) nullo modo nec feliciter nec prudens-
ter administrari posse, ut unanimis omnium
etiam gentium, à veri Dei cultu & noti-
cia prorsus alienarum, consensus id pro-
bet.

DEDICATORIA.

bet. Hinc summi Monarchæ, non tantum Philosophos, à quibus ipsorum consilia moderarentur, in precio habuerunt, & in rebus dubiis Deorum oracula quæsi-
verunt, sed & in extruendis eorum tem-
plis, in aris & imaginibus collocandis, in
tota deniq; religione (licet horribiliter tes-
nebris & erroribus polluta) ordinanda
& constituenda occupatissimi fuerunt.
Testes hujus fuerunt Zoroastres Ba-
Etrianorum, Sesostris Ægyptiorum, Numa
Pompilius Romanorum Rex, ut
quàm plurimos alios præteream: qui non
minore cura templa religione, quàm Rema
publicam legibus & armis undiq; com-
pleverunt.

Nequaquam igitur me temeritatis ac-
cusatum iri existimo, si asseram, & sensu
communi carere, & prophanis gentibus
certiores esse, qui sentiunt religionis stu-
dium

EPISTOLA

dium, etiam diligens & accuratum, à Principe esse alienum. Imò nihil à vero aberrare, si ejusmodi homines, ceu publicas humani generis pestes, cavendos, & quam longissimè à bonorum Principum conversatione arcendos dixerò. Si enim religionem homini auferas, quid, Lactantio gravissimo authore teste, reliquum manebit, in quo à brutis differat? Eorundem enim affectuum, iræ, odij, amoris, invidiæ & similium motus sunt in hominibus, qui sunt in bestijs; quos nisi religionis metu coërceas, mox quavis occasione oblata erumpunt, & tantò majori cum damno aliorum grassantur, quanto majore potestate homo quispiam donatus & ornatus est.

Verùm apud vos, verè Christianos, Gratosos & Augustos Principes, de his pluribus agere opus non est. Siquidem
per ea

DEDICATORIA.

per ea studia, ad quæ consilio sapien-
tissimi Domini Patris CHRISTIA-
NI, (inclytæ memoriæ) & pientissimæ
Dominae Matris SOPHIAE (cui Deus
vitam quàm diutissimè proroget) ani-
mum applicuistis, dudum peruersam
hanc mundanorum hominum opinio-
nem, ex generosis vestris animis submo-
visti. Maclli igitur ingenio, animo &
virtute Principes, quod cœpistis iter,
fausto pede perficite. Iam, quod difficili-
mum esse solet, devicistis. Principium
enim quod totius dimidium vulgo esse
dicitur, superastis. Quandoquidem pie-
tatis, virtutum & literarum studia non
tantum cupidè amplexati estis, sed &
aliquò usq; perduxistis. Sicq; magnam
de vobis, non tantum in hisce provincijs,
apud fidelissimos vestros subditos, sed
etiam alijs, apud exteras nationes, ex-
pectato

EPISTOLA

peccationem concitastis. Cogitate igitur, vos non sine vestro dedecore (quod Deus clementer avertat) retrocedere posse. Sin strenuè perrexeritis, summam laudem & nunquam intermorituram gloriam, & apud nunc viventes, & apud seram posteritatem (si quæ futura est) consequemini.

Fateor, virtutis & studiorum via ardua & difficilis videtur. Sed Honestas & Magna solent esse difficilia. Quod enim in promptu est omnibus, vel ab ignavissimo etiam apprehendi possit, quis Magnum, quis Honestum dixerit? At verò quod laudabile & gloriosum, & quod cum honestate atq; utilitate conjunctum est, licet revera arduum sit & difficile, generosis tamen animis facilimum videri solet, quia illi nul-

lum

DEDICATORIA.

lum laborem subterfugiunt, nullam difficultatem pertimescunt, modò amplissima illa præmia, laudem, decus, immortalitatem consequi possint.

Sed quid dico de difficultatibus vel laboribus? Credite mihi, Illustrissimi Principes; si quicquam amari inest studio literarum & virtutis; id religionis & pietatis studium; quod cum illa coniungitis, per Spiritus sancti gratiam, brevi tempore, consuetudine quadam ita dulce reddet, ut ipsi nihil in præsentia hac vita suavius & jucundius, nihil ad consequenda bona venturæ vitæ fructuosius & conducibilius esse, ipsi olim affirmaturi sitis.

Cogitate ipsi, si mechanici totas plerumq; noctes vigilant, ut vile aliquod artificium addiscant & tractent, quo tenuem

EPISTOLA

Et angustis limitibus circumscriptam suam œconomiam qualitercunq; administrant et sustentent. Si mercatores tot ignotas regiones adeunt: per saxa per ignes volitant: totum œquor navigant, et vitam suam mille periculis exponunt: tantum ut brevi perituras opes congerant. Quanto maiore studio conveniet, vos imperandi artem, à teneris rectè et ex sacris et ex prophanis literis addiscere: ut qui, non unam domum, sed multas provincias gubernare et administrare, non caducas, sed nunquam perituras opes et vobis et subditis vestris acquirere, tueri et conservare debeatis.

Sed fortè liberior sum monendo, quam par sit. Cum non solum quotidie ab Illustrissima et inclyta Principe, Domina matre vestra SOPHIA, pietatis et
 omni-

DEDICATORIA.

omnium virtutum exemplari luculentis-
simo, consimiles imò longè nervosiores
commonestaciones: sed etiam ab Illu-
strissimis atq; potentissimis Principibus
ac Dominis, Domino FRIDERICO
WILHELMO, Saxonie Proelecto-
re, & Domino IOANNE GEOR-
GIO Marchione, & Electore Bran-
deburgensi, fidelissimis Dominis Tutoria-
bus, sæpius graves parenses audiatis.
Quid? quòd sponte vestra, luculentum
Vobis ea in re testimonium ferente, fide-
lissimo studiorum vestrorum Magistro,
ELIA REINHARDO, cursum vitæ
ita insumatis, ut ad omnia summa con-
tendere animadvertamini. Proinde de-
sinam, posteaquam unicum adhuc addi-
dero.

Continuò vobis ob oculos versari de-
bent, tot præclarissimorum Heroum, qui
b 3 religio

EPISTOLA

religionis zelo, pietatis amore, virtutis studio, literarum adminiculo, & iter ad coelum, Christi merito partum & adeptum, feliciter perfecerunt, & hic insignem gloriam sibi pepererunt. Quamquam nolim vobis mundanam saltem gloriam, ceu scopum præcipuum, propositam esse. Christi gloriam & subditorum salutem vel maximè spectare debetis, juxta veteres versiculos.

Principis est virtus maxima, nosse Deum,

Principis est virtus proxima, nosse suos.

Interim tamen accidere solet, ut dum pij unius Christi gloriam (propriam suam spernentes) promotam cupiunt, ingens ipsos etiam gloria sponte sua comitetur. Nonné veteres illi Ecclesiae nutritores, Constantinus, Theodosius, Valerianus, & ex neotericis (ut ex multis præcipuum

EPISTOLA

cipuum aliquem deligam) Magnus ille
 AVGVSTVS avuus vester laudatissimus, non suam, sed Christi gloriam
 provehendam sibi propositam habuerunt, hunc vnum ex verbo rectè agnoscere,
 agnitum colere, & ad eius cultum omnes alios adducere unice cupiverunt & sitq;
 solum CHRISTVM spectarunt, de suo honore apud alios parum solliciti. Et tamen gloria ipsos tanta consecuta est, ut
 nulla unquam ætas de ipsorum fama sit tacitura.

Quare & vos, sanctæ animule, illum summum scopum, CHRISTVM vobis præfixum habete: hunc vnum spectate: de hoc dies noctesq; cogitate: ab hoc omne actionum vestrarum principium sumite: ad hunc vnum per literarum & virtutum & pietatis studium (cui nunc invigilatis) b 4 currite,

EPISTOLA

currite, contendite, properate. Omnia
cætera, exceptis his quæ ad CHRIS-
TVM pertinent, pro rebus vilibus
& sordidis habete. Ita fiet, ut aliquan-
do PER IPSVM, quam unam omnes
unicè optare debemus, æternam felicitate-
tem adeatis: atq; insuper ab optimo
quodvis, maximam & laudationem &
gloriam reportetis.

In eum finem, licet alia excellen-
tiora habeatis, hanc Epitomen Harmo-
niæ Evangelicæ, vobis offerre & hu-
militer dicare volui: quò ejus lectione
totus sacrosancti Evangelij codex,
quem

Nocturna versare manu, versare
diurna,

debetis, tantò magis vobis dulcescat.
Etenim fieri nequit (si D. Chryso-
sto-

mo

DEDICATORIA

mo credamus) ut qui frequenter divi-
nis vacat, is miseram vitam agat. Ut
igitur tenue hoc & exile munusculum
leta fronte excipiatis, & me benevo-
la vestra clementia dignum existime-
tis, ea, qua par est, animi humilitate
precor.

Quod superest, Deum Opt. Max.
piorum Principum datorem & conser-
vatores unicum, precor & precabor,
ut Illustrissimas Cels. Vestras divino
suo spiritu indutas, & vera Filij sui no-
titia atq; excellentissimis donis magis
magisq; ornatas potenti sua dextera
protegat, ut ad caelestis ipsius regni fe-
licem propagationem, & ditionum ve-
strarum salutarem gubernationem cum
immortali vestra laude & gloria felio-
cissimè

EPIST. DEDICAT.

ciſſimè adoleſcatis, Amen. **Dreſdæ**
Pridie Natalis Chriſti, annum ſalutis
1594. inchoantis, quem **Ceſſ. V.** omni-
bus hiſce regionibus, adeoq; toti
Eccleſiæ maxime ſalutarem
exoriri opto.



EPI.

EPIGRAMMA
IN EPITOMEN HAR-
MONIAE EVANGELICAE REVEREN-
di & Clarissimi Viri D. D. MARTINI CHEM-
NITII, de Ecclesia optimè meriti, concinnatam &
editam opera Reverendi & Clarissimi Viri Dn. D.
POLYCARPI LYSERI Superintendentis
& S. Theologiae Professoris VVitebergæ,
Domini & collegæ omni obser-
vantia colendi.



*Rma virosq; eanunt alij, monumentis
taq; condunt
Regibus, aut patriæ non moritura
sua.*

*Sed Regem regum, nostræ autoremq; salutis
Dicere Chemnitio cura laborq; fuit,
Ec quis eo melius scripturæ arcana revolvit?
Ecquis eum vincat dexteritate virum?
Posse placere suis, si vera, haud ultima laus est:
Hosibus ingenium qui probat, ille Vir est.
Scripta librorq; tuos merito venerantur amici,
Doctrinae Antistes vitæ habiture parem:
Oderunt metuumq; tuos laudantq; labores
Confido Iesu fœdera grande Sophi.
Mitto alia, historia in præsens compendia quantum
Ordinis exemplar mentis & instar habent.
Codice quicquid inest sacro, aut annalibus, arcto
Fasciculo, Vates ingeniose, ligas.*

Etque

Et quæ Evangelij sunt eruta quattuor, uno
Intuitu tabula hæc aspicienda refert.
Si quis amat vitæ vitam cognoscere, vitæ
Discet ab hoc Christi lustra peracta libro.
Aeternum benè vive, operis pie conditor, & tu
Commoda qui in vulgus non finis ista mori.
Temporis ô lumen facunde Chrysostome nostri:
Smyrnaei cum re nomina vatis habes.
Nam licet ipse feras mansurum in secula fructum?
Addis & hos: & cui non Polycarpus eris?

Salomon Gesnerus D.



In Epitomen Harmonicam

AD REVEREN-
DISSIMVM ET CLARISSIS-
simum virum Dn. D. POLYCARPVM
LYSERVM S.S. Theologiae Doctorem,
Superintendentem, Professore & Pastorem
Academiae & Ecclesiae VVitebergensium,
Dominum & Patronum suum obser-
vanter colendum.



Quattuor ad Christi modulantes audijt
Aram

CHERNITIVS Testes, voce
sonoq₃ graves:

Audit, obstupuitq₃. Quid, inquit, dissona nunquid
Consona? an Harmonicus dissona amica sonis?

Audit, erupitq₃: ô coelica carmina, ô Aurâ
Flante sacrâ, è coelis desuper hocce melos?

Iam Fuga; iam discors concordia; iam benè mollis
Clausula; quid? coelis hoc mihi suave melos.

Dixit, & attentâ aure bibens tremula inervalla,
Harmoniae exemplar concipit inde sacrâ.

Vt, repetens secum hac modulamina, deinde doceret
Mortales, cantus hos modulando sequi.

Vix benè concepit, quando Cantantium amore
Affectus, superi tendit ad alta chori.

HES

Hen quis jam sine te hat pandet Symphonica nobis
Carmina, & Exemplar quis dabit arte sequi
Expectate venis, ades exoptate L Y S E R E,
Et cantum hunc omni das resonare solo.
Immo etiam clavem sacri huius carminis affes,
Ceu custos monstrans atq; sonum atq; tonum.
Quaeq; per ambages varias compagine longa,
Chemnitius cecinit tu canis arte brevi.
O sacra vox utriusq; melos bis dulce; prophani
Este procul, vox haec auribus apta sacris?
Tangere perge L Y S E R E lyram, & sacra carmina
Mundo
Pangere, & ad cantum hunc P O N S tremet ipse
Stygis.

M. Daniel Cramerius
Philos. Aristotelica Extraord.
Professor VViteb.



DISTRIB

bis
i t

i

nina


ipse

us

do

RI





f
t
c
f
B
b
f
C
ra
g



DISTRIBVTIO

ANNORVM MINISTERII CHRISTI. QVOT SCI-
licet annos in eo versatus sit, à Baptismo suo usq;
ad assumptionem in caelum: & quae sint cuiusq;
anni acta, hoc est, ad quem annum ordine referri
possint Christi peregrinationes, conciones, conuersio-
nes auditorum, quorundam defectio, cer-
samina cum adversarijs, & si quae
alia ad historiam pertinere
videntur.

QVIA HISTORICA HAEC
Ministerij Christi observac-
tio non tantum iucunda est,
sed utiliter multa monet: omnibus
temporibus fuerunt, qui in tractan-
do hoc argumento Ecclesiae operam
suam praestiterunt: ut ex veteri-
bus, Tatianus, Ammonius, Euse-
bius, Augustinus & Gerson: & nos-
stro tempore inter caeteros Andreas
Osiander non contemnendam ope-
ram, in hoc argumento navavit,
quem secuti sunt quidam alij, Bu-
A CERUS

2 D I S T R I B U T : A N N O R :

cerus, Calvinus & similes. Ex illorum ergo scriptis ea, quæ Evangelistarum narrationi maxime convenire, & institutæ nostræ rationi serviare videbuntur, colligemus.

Quot annos Christus in ministerio suo versatus sit à Baptismo usq; ad passionem, vel ipsam etiam assumptionem, seu ascensionem in cælum.

Clemens Alexandrinus; primo Stromat: dicit Christum, unicum tantum annum prædicasse: quia scriptum sit, Spiritus misit me prædicare annum Domini acceptum Luc. 4. v. 19. Esa. 61. v. 2. Tertullianus etiã, in Libro adversus Iudæos, dicit Christum passum anno Tiberij 15. cum haberet annos quasi, 30. Et Tatianus quoq; ac
multis

MINISTRI CHRISTI

multi Græci, quos Epiphanius vocat Alogianos, totam historiam Evangelicam includunt spacio unius anni. In eadem sententia etiam Augustinus est de civ. Dei. lib. 18. cap. 54.

Irenæus hos refutaturus lib. 2. dicit, ætatem Christi, cum crucifigeretur, propiorem fuisse anno quinquagesimo, quam quadragesimo: quia Ioh. 8. v. 57. Iudæi dicunt, Quinquaginta annos nondum habes. Et Ioh. 2. v. 20. Quadraginta sex annis templum ædificatum esse. Quia verò hanc opinionem ex scriptura demonstrare non potest: dicit esse traditionem profectam ab illis senioribus, qui Iohannem Apostolum audiverant.

Sed ex Evangelistarum narratione hoc rectè colligi & debet & potest, et primus Irenæus observavit, Iohannem ideo post reliquos

▲ ▲ rum

• I DISTRIBVT: ANNOR:

rum narrationes annotasse aliquot Paschata, ad quæ Christus tempore sui ministerij ascenderit, ut ordinẽ temporis monstraret. Epiphanius verò contra Alogianos hanc observationẽ plenius recitat. Sed quia tantum numerat tria Paschata primum Ioan. 2. v. 23. secundum Ioan. 6. v. 4. & ultimum Ioan. 13. v. 1. in quo passus est, colligit tantũ duos annos, & aliquot dies ministerij Christi.

*Cis Intia
De annis
ministerij
Christi*

Communis verò & recepta est sententia, quæ etiam in Ammonij fragmentis extat, Christum prædicasse annos tres, & tot dies, quot intercesserunt à Baptismo Christi usq; ad primum Pascha Ioh. 2. v. 23. Illa supputatio certò colligitur ex Iohanne, hoc modo. De tribus festis Paschatis nulla est controversia. Diserte enim illa exprimuntur Ioh. 2. v. 23. & 6. v. 4. & 13. v. 1. Sed post Pascha Ioh. 2. ante illud Pascha, quod Ioh. 6. describitur, incidit aliud festum
Ioh.

MINIST: CHRIST: 5

Ioh. 5. v. 1. ad quod Christus etiam
 am ascendit, & quaestio est, quale
 illud festum, & cuius anni fuerit in
 ministerio Christi? Notum est au-
 tem in uno anno plura festa fuisse,
 & cuiusq; festi tempora notata sunt
 in scriptura: sed Iohannes cap 4 v.
 35. dicit, Cum Christus ex Iudæa re-
 verteretur in Galileam, priusquã ad
 festum illud Ioan. 5 v. 1. ascenderet,
 fuisse tempus quatuor mensium
 usq; ad messem. Et in Palæstina *Messis in*
 sem inchoatam, esse post Pascha, & *Palæstina*
 ante Pentecosten absolutã manife-
 stum est ex cap. Levit 23. v. 15. Num.
 28. v. 26. Deut. 16: v. 9. Si itaq; ponatur
 mæsis Palæstinæ in Maio nos-
 tro, id quod Ioh 4. describitur festũ,
 fuit in Ianuario nostro, aut in De-
 cembri. Certum est autem ex suppu-
 tatione festorum Levit. 23. Deut. 16.
 post illud tempus Ioh. 4. scilicet à
 mense Decembri, usq; ad initium al-
 terius anni, nullum festum legale

A 3 incio

6 D I S T R I B U T : A N N O R :

incidisse. Festum igitur Ioh. 5. v. 1. pertinet ad secundum annum, post illud Pascha, quod Ioh. 2. v. 23. describitur.

Supereft quaestio, *Verum pertineat ad illum annum, cuius initium facit Pascha* Ioh. 6. v. 4. Sed textus ostendit, festum Ioh. 5. v. 1. fuisse ante Pascha Ioh. 6. v. 4. Post Decembrem autem nullum aliud festum prius occurrit, quam Paschatis. Necesse igitur est, aliud Pascha intermedium fuisse inter illud quod Ioh. 2. v. 23. describitur, & quod sequitur Ioh. 6. v. 4. Sicut & Lucas ostendit cap. 6. v. 1. de spicis.

Ratio triennij.

Et jam plana erit ratio triennij. A primo enim Paschate ministerij Christi Ioh. 2. v. 23. usque ad festum Ioh. 5. v. 1. & Luc. 6. v. 1. est primus annus: ab illo rursus usque ad Pascha, quod Ioh. 6. v. 4. describitur, est secundus annus: & ulterius usque ad postremum Pascha, in quo crucis.

MINIST: CHRISTI. 7

crucifixus est, tertius annus supplicatur. Quibus superaddendi sunt dies tot, quot intercesserunt inter Baptismi tempus, & primum Pascha.

De tempore, quod à Baptismo Christi usq; ad primum pascha, quod Ioh. 7. v. 23. describitur, intercessit.

Certum est Baptismum Christi, tanquam solennem renunciationem, initium fuisse ministerij ipsius. Dicit autem Marcus, statim cum à Iordane reverteretur, à Spiritu ductum fuisse in desertum. Nulla ergo historia intercessit inter Baptismum & tentationes. Et plana est historia. Quadraginta dies & noctes jeiunavit in deserto: & post illos quadraginta dies accessit tentator, & forsan uno die non fuerunt absoluta ea, quæ de diaboli tentationibus, & de angelorum ministerio

8 **DISTRIBVT: ANNOR:**

*Legatio Iuda
oy quate
facta*

sterio describuntur. Quæ verò de
legatione Iudæorum ad Baptistam
describuntur Ioh. 1. v. 19. facta esse
illo die, cum Christus ex deserto
reverteretur, inde colligitur. Mox
enim post illam historiam, textus
dicit: postridie videt Iohannes Ie-
sum ad se venientem. Ad Iordanem
igitur, ubi Iohannes baptizabat,
Christus ex deserto reversus est, &
prima die Baptista monstrat agnū
Dei, & concionatur de Christo. Al-
tera die, duo ex discipulis Baptistæ,
sequuntur Christum: quorum unus
fuit Andreas: alterum Chryso-
stomus existimat fuisse Iohannem
Apostolum, quia tam præcisè nu-
merat dies & horas. Quia verò tex-
tus dicit, illo die manserunt apud
Iesum: hora enim erat decima: con-
sideretur, eademne vel altera die fa-
ctum sit, quod de Petro ad Chri-
stum adducto, mox describitur.
Die autem quæ illam secuta est, sive
fit

fit tertia, sive quarta, Christus parat profectiorem in Galilæam, & inter eundem vocat Philippum & Nathanaëlem: & ibi conciuicula quædam Christi describitur. Ita quinq; discipulis comitatus, reversus est in Galilæam. Post tentationes igitur, triduum mansit apud Baptistam, & à Bethabara in Canam, ad minimum etiam est iter tridui: Tertio autem die postquam in Galilæam venerat, factæ sunt nuptiæ in Cana.

Ex Cana descendit Capernaum Ioh. 2. v. 12. Lucas verò cap. 4. v. 14. in genere dicit, Christum, priusquam ad primum Pascha Ioh. 2. v. 23, ascenderet, prædicasse in synagogis Galilæorum, ita ut fama de ipso exiret in universam regionem. Ergo in alijs pluribus locis fuit & docuit, quam in Cana & Capernaum. Sed non multi fuerunt dies, inquit Iohannes: prope enim erat

A s pasca

70 D I S T R I B U T : A N N O R :

pascha. Hunc esse ordinem historiarum à Baptismo Christi, usque ad primam pascha Ioh. 2. v. 23. manifestum & planum est.

Supereft quaestio de supputatione illius temporis, Non potest autem praecise hac supputatio colligi: propterea, quia annus quidem, quo Christus baptizatus est, certus est, sed quo mense anni, aut die factum sit, ex Evangelica historia non certo constat. Aliquot igitur supputationes recitabo.

Supputatio temporis baptismi Christi.

Vulgaris opinio est, sexto Ianuarij Christum baptizatum; & à sexto Ianuarij usque ad Pascha, hoc est, usque ad 25. Martij, dies sunt 29. tribuendo singulis mensibus. 30. dies, sicut Hebraei Aegyptiaco more supputant.

Epiphaniij supputatio haec est, Christum, cum baptizaretur, fuisse se annorum 29. & 10. mensium; & ideo Lucam dicere, erat quasi 30. annorum.

MINIST: CHRISTI. 11

norum Et quia diem nativitatís ponit quintum Ianuarij, ideo supputationem deducit ad septimum Novembris, quem ponit diem baptismi Christi. Et die Natali, hoc est, s. Ianuarij, dicit signum in Cana factum esse. A septimo igitur Novembris usq; ad 25. Martij (usq; ad Pascha) dies sunt 138. ferè s. menses, computando 30. dies pro uno mense.

Funccius ex Daniele eruditè colligit, à baptismo Christi, usq; ad pascha, fuisse spacium dimidij anni. Daniel enim dicit: Messias in dimidio hebdomadis cessare faciet oblationem & sacrificium: hoc est, versabitur in ministerio per annos tres & dimidium. Deducit autem hanc supputationē Baptismi Christi ad diem decimum Septembris, qui iuxta legem erat dies Expiationis. Et pulcherrimè sane hæc figura congruit: sed ex novo testamento non potest certò colligi talis præcisio.

Sunt

12 **DISTRIBVT: ANNOR:**

Sunt igitur opiniones, non impiaë quidem, sed tamen incertæ. Recitavi autem illas, quia multa possunt inde colligi & dijudicari.

Et ex his, quæ diximus, intelligi potest, unde sit diversitas sententiarum inter eruditos, de ætate Christi secundum humanitatem, à nativitate usq; ad passionem. Tempus enim ministerij Christi, additur annis ipsius à nativitate usq; ad Baptismum. Epiphanius, quia tantum biennium ministerij supputat, ponit ætatem Christi annorum. 32. & dierum 74 qui scilicet supersunt à die natali usq; ad pascha. Inter reliquos, qui triennium ministerij numerant, oritur differentia inde, quòd Lucas dicit, *Erat annorum incipiens quasi triginta.* Quidam enim ponunt Christum baptizatum esse, cum complevisset annos ætatis. 29. & inciperet annum trigesimalum. In ipso principio anni trigesimali, die
hujus

MINIST: CHRIT: 13

huius 13. quæ est sexta Ianuarij. His
 annis si addatur tempus ministerij,
 quod jam supputauimus, fierent an-
 niætatæ Christi triginta duo, men-
 ses fermé tres. Ita Longobardus,
 Lyra, & alij supputant: Christum
 anno ætatis suæ trigesimo tertio
 crucifixum. Alij ponunt, annum
 ætatis Christi trigesimum non fuisse
 quidem completum in Baptismo,
 sed tamen maiorem partem abso-
 lutam fuisse. Et ita Epiphanius ex-
 plicat verba Lucæ, erat quasi anno-
 rum triginta, ita ut inciperet esse:
 Illi addito triennio ministerij colligunt
 annos ætatis Christi 33. & 3. fe-
 re menses. Et hæc sententia commu-
 nis & usitata est, Christum esse crus-
 cifixum anno ætatis 34. Quidam ut
 hunc numerum colligant, ponunt
 Christum baptizatum 6. Ianuarij,
 anno 30. iam completo. Sed hanc
 supputationem Lucæ narratio non
 admittit. Hæc recensui; ut diversitas
 litas

14 **DISTRIBVT: ANNOR:**

sitas illa possit intelligi & dijudicari.

Primus annus ministerij Christi, facta supputatione secundum festa Paschatis: & quæ sint historiae huius primi anni.

Quia mensis & dies Baptismi Christi non certò possunt constitui, ideo distributio annorum ministerij ipsius commodissimè constituitur secundum festa Paschatis. Hanc enim rationem ipse Iohannes monstravit, & secutus est eam Ammonius. Nec historiae aliter possunt accommodari ad certos annos. Huic verò supputationi, suo loco & ordine addi potest illud tempus, quod baptismo usq; ad primum pascha intercessit. Hoc modo expedita erit ratio distributionis.

Constituantur itaq; limites seu termini, ut sic dicam, primi anni, secundum festa paschatis. Et in Iohanne
hanne

MINIST: CHRISTI. 49

hanc facile est ratio. Principium enim huius primi anni constituitur in festo paschatis Ioh. 2. v. 23. & terminatur in festo Ioh. 5. v. 1. Sed quia ad hanc distributionem accommodandæ sunt historiae reliquorum Evangelistarum, quærendum est, ubi & quomodo termini isti seu limites, quos sic voco, inveniri possint in reliquorum Evangelistarum narratione. Hæc enim ratio ostendet, quæ historiae pertineant ad hunc primum annum:

Sed in Matthæo & Marco hic ordo temporis, primi præsertim anni, non potest deprehendi Lucas vero qui post duos illos scripsit, hanc distributionem primi anni, monstravit cap. 6. v. 1. in descriptione Sabbathi secundo primi. Licet enim variè à multis disputatum sit, quid sit Sabbathum secundoprimum. Certum tamen est, non posse aliter quàm de una ex magnis & solenni-
bus

16^o DISTRIBVT: ANNO R:

bus anni festiuitatibus intelligi.
Quia verò mentio fit spicarum, ex
illis quæ de tempore messis in Pa-
læstina supra diximus, manifestum
est, fuisse festum. Paschatis. Non
autem fuit Pascha Iohannis secun-
do, sicut textus historiæ ostendit,
Nec illud potest esse, quod Ioh. 6. v. 4
describitur. Hoc enim fuit post mi-
raculum quinque panum, quod Luc.
9. v. 13 describitur. Ergo terminus
primi anni, qui Iohannis 5. v. 1. po-
nitur, convenit cum 6. cap. Lucæ.
Et hac ratione, aliquo modo colligi
potest, quæ historiæ in reliquis E-
uangelistis, & quo ordine pertine-
ant ad primum hunc annum.

Duæ igitur sunt principales
partes descriptionis primi anni.
Prior complectitur historias, quæ à
festo paschatis in Iudæa, usque ad re-
ditum in Galilæam acciderunt. Al-
tera pars narrabit reditum ex Iu-
dæa in Galilæam, & ea, quæ in Gas-
lilæa

MINIST: CHRISTI.

illa usq; ad sequens festum paschatis facta sunt. Et quia Matthæus, Marcus & Lucas tantum illas historias primi hujus anni completuntur, quæ post captivitatem Baptiste acciderunt. Solus igitur Iohannes priorē partē describit, atq; ideo in ordine nihil est difficultatis. Nos membra tantum brevissimè annotabimus.

Ad festum igitur, quod proximum fuit post Baptismum, pascha scilicet, ascendit Christus ad templum Ierosolymitanum, ut impleretur, quod scriptum est Malach. 3. v. 1. Et mox veniet ad templum dominator & angelus testamenti: &c. Et ibi primum omnium zelum suum in ministerio ostendit, juxta Psal. 69. v. 10. repurgando templum. Cum verò Iudæi quærerent ab eo signum vocationis, proponit ipsis articulum passionis & resurrectionis suæ, simul ostens

B dens

18 **DISTRIBVT: ANNO R**

dens se non afferre novam doctrinam, sed vetus templum cum omni cultu figuram esse templi sui corporis. Meminit autem Iohannes in genere, Christum per dies festi docuisse, & multa signa fecisse. Sed nec conciones nec signa descripsit. Post festum paschatis in urbe Ierosolymana, Nicodemum noctu venisse ad Christum, ex textu colligi potest. Sunt autem membra eius colloquij diligenter notanda, tum quia prima est iusta concio Christi, quæ descripta extat, tum quia inde colligi potest, qui fuerint articuli, de quibus Christus in templo primū disseruit, quando tanquam dominator & angelus testamenti venit ad templum suum.

Quam diu verò post festum manserit Ierosolymis, non potest certò colligi. Post congressum enim cum Nicodemo, Iohannes statim subiicit: Post hæc Iesus venit in ter-

ram

MINIST: CHRIST: 19

nam Iudæam. Quidam de novo ad-
 ventu ex Galilæa disputant: Sed Io-
 hannes loquitur more scripturæ,
 quæ Hierusalem distinguit à Iudæa
 2. paral. 20. v. 15. 18. & 27. 1. Esdræ. 2.
 v. 1. & 7. v. 14. item Matth. 3. v. 5. Luc.
 5. v. 17. & 6. v. 17. Sensus igitur est,
 Christum relicta urbe Hierosolyma,
 venisse ad circumjacentem regio-
 nem, & quòd ibi aliquantò diutius
 hæserit, Iohannes videtur significare
 vocabulo *διὰ τῆς βελῆ*. Collegit autē ibi
 discipulos, & per illorum ministeri-
 um baptizavit. Et videtur Iohannes
 significare Christum tunc primùm
 ministerium baptizandi per disci-
 pulos inchoasse. Et elegit locum vi-
 cinum Baptistæ: quia Iohannes ut
 præcursor omnes à se ad Christum
 ablegabat, & ita Christus plures col-
 ligebat discipulos, quàm Baptista.
 Inde exortæ sunt disputationes pha-
 risæorum & discipulorum Baptistæ
 contra Christum, & rem detulerunt
 ad Baptistam. Hac occasione

c. 3, u. 22.

29 **DISTRIBVT: ANNOR:**

Iohannes pulcerrimam edidit confessionem, quæ Iohannis 3. v. 27. & sequentibus describitur; & eius capita diligenter sunt notanda, propterea, quia ordo historiae monstrabit, hanc fuisse postremam concionem Baptistæ, ante captivitatem eius.

Hic est ordo historiae à festo paschatis usq; ad Decembrem vel Ianuariũ, quando adhuc restabant 4. menses ad messem. Mansit igitur in Iudæa per menses octo vel novẽ.

Porro annotatæ sunt etiam causæ profectionis Christi ex Iudæa in Galilæam, quarum observatio quædam monet. Iohannes dicit hanc fuisse causam, quod pharisæi videbantur moturi persecutionem contra nascentem Ecclesiam Christi. Et hæc est prima persecutio adversariorum, quæ quidem descripta est. Vnde Epiphanius colligit, primum annum ministerij Christi fuisse sine persecutione tranquillum & placidum

dū, & huc accommodat illud Esaiaē
 cap. 61. v. 2 Prædicare annum placabilem Domino. Matthæus verò &
 Marcus aliam causam istius secessionis assignant, captivitatem scilicet Baptistæ. Ad hoc igitur tempus pertinet historia de causis captivitatis Baptistæ, quæ Matth 14. v. 3 Mar. 6 v. 17. & Luc. 9. v. 9. describitur. Et hinc potest colligi, quam diu in publico ministerio simul versati sint Christus & Baptista, annum scilicet integrum, à baptismo Christi usq; ad hoc tempus, quod est quatuor mensium usq; ad messem.

Ipsam verò profectionem solus Iohannes diligenter descripsit, propter colloquium Christi cum Samaritana, & conversionem civium Sichimitarum cap. 4. Quæ historia est quasi præludium vocacionis gentium. Samaritani enim numerabantur inter gentes. Ideo Matt. 10. v. 5. Christus dicit Apostolis, In
 B 3 viam

22 **DISTRIBVT: ANNOR:**

viam gentium ne iueritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis. Et observanda sunt capita istius concionis Christi. Continet enim modum & formam fidei, & conversionis gentium.

Huc usq; de primo anno ministerij Christi historiam solus Iohannes texuit. Iam quæ post reditum gesta sunt in Galilæa usq; ad sequens pascha, ex collatione quatuor Evangelistarum colligenda sunt. Breviter autem primo perstringemus historiæ ordinem, qui maxime videtur consentaneus narrationi Evangelistarum: postea rationem ordinis & quæ aliquid habent controversiæ, separatim annotabimus.

Reversus igitur Iesus in Galilæam, honorifice exceptus est Ioh. 4. v. 45. & videtur præteritis aliquot civitatibus Galilææ, primo rediisse

rediſſe Canam: & ibi edidit miraculum in filio Reguli, qui Capernaum decumbebat, quem absentem verbo sanabat.

Ex Cana profectus in patriam Nazareth, ubi ex Eſaia, de vocatione & officio ſuo concionatur. Et obſervetur, quòd prima concio in Galilæa, quæ deſcripta eſt, fuit de vocatione, perſona, & officio Meſſiæ. Quia verò Nazarethani volebant ipſum de rupe præcipitare, reliquit habitationem ſuam, quam hætenus habuerat Nazareth, & profectus Capernaum cepit ibi habitare. Et hoc fuit præliudium rejectionis Iudæorum.

Egreſſus verò ex Capernaum, cum ambularet juxta mare Genezareth, turbæ irruebant in ipſum, ut audirent verbum Dei. Luc. 5. v. 1. Ascendens igitur in naviculam Petri, poſt concionem, edito

miraculo in captura piscium, vocat Petrum & Andream, & mox Iacobum & Iohannem. Cum illis revertitur Capernaum: & ingressus Synagogam, docuit. Mox verò oritur disputatio, novam hanc esse doctrinam. Sed Christus sicut antea ex prophetis, ita nunc miraculis & efficaciam prædicationis, probat doctrinam suam veram esse. Erat autem in Synagoga tunc homo obsessus, in cuius liberatione miraculum edidit, quod famam eius divulgavit per totam Galilæam. Et statim cum ex Synagoga egrederetur, venit in domum Simonis, Cum Simone, Iacobo, Andrea & Iohanne; & ibi socrum Simonis, ad intercessionem discipulorum, febris per increpationem liberavit.

Vespere autem illius Sabbathi, factus est concursus totius civitatis ad illas ædes (Socrus Petri) & quot quot erant ibi vel morbis vel
Spiritus

Spiritibus immundis vexati, impositione manuum sanavit.

Altero die, valde mane, egressus est in desertum locum, ut oraret: Et solum fuisse egressum, inde potest colligi. Simon enim cum reliquis tribus, Andrea, Iacobo, & Iohanne, & turba insequuntur, ut eum detineant Capernaum. Sed respondet, vocationem suam esse, non tantum in urbibus celebrioribus Evangelium prædicare, verum etiam in vicis, quos Marcus venuste vocat *καμμοπόλεις*. Et ad hoc tempus videtur petrinere historia de vocatione Matthæi, de qua postea dicam.

Postea usque ad sequens pascha Evangelistæ multas historias brevi compendio complectuntur, Christum scilicet perambulasse totam Galilæam, docendo in Synagogis, & edendo miracula. Capita verò concionũ Matthæus & Marcus hæc

B s ponunt

26 **DISTRIBVT: ANNO:**

ponunt; pœnitentiam agite: credite Evangelio: appropinquauit enim regnum cœlorum.

Hic est simplicissimus ordo historiae à reditu Christi, ex Iudæa in Galilæam, usq; ad sequens pascha.

Ratio illius ordinis.

IN plerisq; ratio ordinis per se plana est. De ijs igitur tantum, quæ aliquid videntur habere controversiæ, pauca quædam annotabo. Et utilis est regula Gersonis, ex qua illa omnia, facile & dextre possunt dijudicari: Triplicem esse ordinem in narrationibus Evangelistarum. Primò, ordinem rei gestæ. Secundò Anticipationis: Tertio: Rememorationis. August. vocat Recapitulationem.

Qualis

MINIST: CHRISTI. 27

Qualis verò sit ordo in quoa
vis loco, vel in quavis historia,
tribus modis potest discerni & de-
prehendi. Primò, quando omnes
Evangelistæ in ordine consentia-
unt, tunc nulla est controversia.
Secundò, quando unus Evangea-
lista, sine certa & expressa notatio-
ne temporum & ordinis aliquid
describit, alius verò ordinem rei
gestæ & temporis disertè annotat,
tunc facile potest deprehendi, ubi
sit verus ordo rei gestæ: & ille or-
do offendet, ubi in reliquis Evan-
gelistis sit vel Anticipatio, vel
Recapitulatio. Tertiò, quando E-
vangelistæ in ordine non consen-
tiunt, & tamen in nullo eorum
certa notatio temporis seu ordinis
deprehendi potest: ibi conjectu-
ris agendum est, quæ tamen sine
periculo fidei manent controversæ,
& cujusq; judicio permittendæ
sunt.

Quæ

Quæ autem in hoc primo anno in ordine aliquid controversiæ habent, hæc ferè sunt.

Primum de vocatione quatuor discipulorum, Petri, Andreae, Iacobi, Iohannis. Quia enim Marcus scribit cap. 1. v. 16. Vocationem illam factam esse ante ea, quæ in Synagoga Capernaïtica gesta sunt, & ante sanctam socrum Simonis. Lucas verò post hæc duo miracula cap. 5. v. 1. describit historiam de captura piscium. Quidam igitur dicunt, duas plane diversas esse vocationes, quarum altera ad familiaritatem, altera ad sequelam facta sit. Sed eadem sunt verba in utraq; vocatione.

Et Marcus ordinem rei gestæ expressè notat, Christum post illam vocationem, ingressum Synagogam & mox comitatum quatuor illis recens vocatis discipulis, sanasse socrum Petri. Lucas verò simpliciter,

pliciter, sine certa notatione temporis & ordinis dicit, *Factum est, cum turba irrueret in eum &c.* Manifestum igitur est ex regula supra tradita, Vnam & eandem esse vocacionem, cuius ordinem Marcus, eius circumstantias verò Lucas descripsit. Et narrationes facillimè possunt conciliari.

Secundum est de focru Petri, cuius sanationem Matthæus aliquantò post sermonem Domini in monte recitat cap. 8 v. 14. Lucas verò ante illum sermonem. *Questio ergo est. Quomodo deprehendi possit ordo rer gestarum?* Ad vero regula nostra ostendit Marcus enim & Lucas disertè dicunt, Christum statim cum ex Synagoga Capernaitica egressus esset, venisse in domum Simonis, & focrum eius sanasse. Matth. verò cap. 8. v. 14. Sine certa notatione ordinis hoc describit (*Et veniens Iesus in domum Simonis*) Ergo non suo loco & ordi

50 **DISTRIBVT: ANNOR:**

& ordine, historiam illam recitat.
Sed quia inciderat in mentionem
Capernaum Cap. 8. per recapitu-
lationē adjecit, quod antea omiserat.

Tertium est de vocatione Mat-
thæi, quam ipse Matthæus describit
cap. 9. v. 9. post, Lucas verò cap. 5. v.
27. ante habitum sermonē in mon-
te. Sed neuter addit certam notatio-
nem ordinis & temporis. Et non
immeritò movere potest, quòd
Matthæus ipse omnium certissimè
potuit vocationem suam describe-
re. Sed unicum argumentum in
contrarium est, quod etiam Augu-
stinum movit, quòd Lucas cap. 6. v.
13. narrat, Christum ante concio-
nem illam de lege elegisse duode-
cim Apostolos, inter quos etiam
Matthæus fuit. Ergo necesse est,
Matthæi vocationem præcessisse
sermonem illum Domini in mon-
te. In conciliandis verò Evangelis-
tarum narrationibus, probatur
mibi

MINIST: CHRISTI. 90

Inhi Gersonis ratio: quòd scilicet diver
sæ sint historiæ, diversis etiã tempo
ribus factæ, Vocatio Matthæi, &
convivium publicanorum in domo
Matthæi. Et vocationem quidem
factam esse eo tempore & ordine,
quo Lucas annotavit: convivium
verò sicut Matthæus & Marcus des
scribunt. Et Lucam, cum ordine his
torix deduceretur ad mentionem
vocationis Matthæi, simul adjun
xisse per anticipationem narratio
nem de Convivio, & disputationem
phariseorum &c. Matthæum verò
cum suo loco & ordine describeret
convivium illud, adjecisse per recas
pitationem historiam de vocatio
ne, quæ prius acciderat. Hanc ju
dico esse simplicissimam rationem:
de qua tamen (ut de re controversa)
cuiq; suũ judicium liberũ permitto.

Quartum est, quod Lucas mira
cula de Leproso & paralytico descri
bit cap. 5, v. 12, & 18, ante sermonem
Domini

92 **DISTRIBUT: ANNOR:**

Domini in monte; quæ Matthæus post illum sermonem narrat. Et Osiander ut hæc & præcedentia conciliaret, ponit omnino diversas conciones, & diversis etiam temporibus habitas describi, Matth. 5. & Luc. 6. Laborat etiam valde subtili ratione, ut ostendat diversa esse miracula, nec eodem tempore facta, de servo Centurionis, & filia Præmarij in Matthæo & Luca. Et sane dubium non est, Christum easdem conciones, & quidem iisdem verbis repetitas, sæpe inculcasse, & similia miracula sæpe esse facta. Sine periculo igitur fidei, si quis voluerit, hanc rationem poterit sequi. Sed iudico juxta regulam supra traditam, simplicius & facilius hæc posse conciliari: scilicet quia Lucas sine certa notatione ordinis & temporis, hæc describit, Matthæus verò ipsum ordinem disertè & expressè notat cap. 8. ¶, *Cum post concionem, descenderisset*

disset de monte, accessit ieprosus &c. Ideo ordo rei gestæ in his miraculis, ex Matthæo petendus est; Lucas verò per anticipationem, quæ postea acciderunt, narravit.

Hæc igitur sunt acta primi Anni, quorum ordo in plerisque per se manifestus est. In illis verò, quæ aliquid habent controversiæ, ordinem ex simplicissima regula luculenter monstravimus.

Secundus annus ministerij Christi, facta supputatione secundum festa Paschatis: & quæ sint historiae huius anni, & quo ordine factæ.

De festo Iohannis cap. 5. v. 1. & de Sabbatho secundo primo Luc. 6. v. 1. supra dictum est, quòd monstrant & initium & ordinem historiarum huius secundi anni. Iuxta hæc igitur rationem contexamus acta secundi Anni.

C Post

34 **DISTRIBVT; ANNOE;**

Post ea igitur, quæ primo Anno gesta sunt, Christus ex Galilæa ascendit Hierosolymam, ad secundū pascha, & quæ per dies festi illius gesta s'unt, solus Iohannes cap. 5. anno notavit. Describit autem memorabilem illam historiam de piscina Bethesda : Et insigne miraculum, quod Christus ibi edidit in homine, qui per triginta octo annos decubuerat, quod continet multa notabilia. Quia verò, sicut antea ex Luca probavimus, ultimā diē festi per fata profectus est, & intermedijs diebus festi licebat aliquid operari, Marc. 16. v. 1. Luc. 23. v. 56. Videtur ergo ipso primo & solenni die paschæ, factum hoc miraculum, & iussit sanatum magno illo die Sabbathi sarcinam lectuli sui portare, cum non ignoraret secuturam magnam offensionem Iudæorum, propter legem Nehem. 13. v. 21. Jerem. 17. v. 21. ut ostenderet, se quarere
occas

MINIST: CHRISTI. 33

Occasionem ad reprehendendas falsas opiniones de sabbatho, ut per hoc facto omnium animi excitarentur ad concionem, quam hac occasione Christus Hierosolymis in festo paschatis, de sua divinitate & unione personali habuit. Et diligenter notanda sunt capita illius concionis: Monstrat enim historia Iohannis, conciones, quae à Christo Hierosolymis sunt habitae, esse pulcerrimas, & de summis articulis. Quia verbum Evangelicum debebat exire ex Ierosolyma, metropoli Palaestinae.

Ultima die festi Luc 6. v. 1. videtur Christus instituisse reditum, ex Hierosolymis in Galilaëam. Transivit enim per sata, & discipuli inter eundem vellebant spicas. Quia vero Iohannes dicit cap. 5. v. 18. Iudaeos voluisse Christum occidere juxta legem Num. 15. v. 35. ideo quidam ex scribis & pharisaeis proficiscentem

C a in se

36 **DISTRIBVT: ANNOR:**

infectati sunt: & inde in itinere oritur disputatio de Sabbathi violatione. Cum verò in Galilæam venisset, alio Sabbatho ingressus est Synagogam, & cum observaretur à scribis & pharisæis, de quibus diximus, statim ipso die Sabbathi sanat manum aridam: exemplo suo ostendens, propter scandalum acceptum necessarias refutationes seu reprehensiones non omittendas: & post doctrinam, ipso facto confessionem tunc potissimum edendam, quando adversarij veritatis observant.

Has verò duas historias Matthæus transposuit in cap. 12. v. 1. & 9. Sed ex regula supra tradita, verus ordo potest deprehendi. Lucas enim descriptione *Sabbathi secundo primii*, notat ordinem temporis & rei gestæ, usq; ad concionē Christi in monte. In quibusdam verò hic ordo illustratur ex collatione Marci.

Observatores igitur isti pharisæi,

facti, de quibus diximus, cum ex
tribus illis exemplis de Sabbatho
viderentur sibi satis habere causæ,
rem deferunt, non quidem statim
ad Herodem: Illud enim postea
Matth. 14. cap. v. 1. primùm fit, sed
ad Herodianos, & cum illis delibe-
rant, quomodo ex lege Num. 15. v.
35. possent Christum accusare, ut
publico iudicio damnaretur ad
mortem. Christus verò intelligens
insidias, secessit cum discipulis suis
ad mare Mar. 3. v. 7. De illa verò
secessione, ne sinistrè accipiatur,
Matth. cap. 12. v. 17. allegat senten-
tiam Esa 42. v. 1.

Ne autem fugâ existimaretur
ministerium abijcere, traxit secum
magnâ multitudinē ex Galilæa, Iu-
dæa, Ierosolymis, Idumæa, ex Trans-
jordane & confinijs Tyri & Sidonis.

In illis verò diebus, id est, post
secessionem ad mare, à mari defle-
ctens, ascendit in montem, & ibi

38 **DISTRIBVT: ANNOR:**

pernoctavit in oratione. Mane verò
ex discipulis suis elegit duodecim,
quos voluit ut essent Apostoli. Et
vocationem Marcus his capitibus
complectitur, 1. *ut essent secum*, 2. *ut
emitteret eos ad predicandum*. 3. *ut
haberent potestatem edendi miracula*.
Nondū autē emittuntur. Id enim fit
Luc. 9. v. 2. Mar. 6. v. 7. post aliquod
tempus. Sed destinantur ad illud
munus, ut plenius erudirentur. Et
hæ circumstantiæ propter Ana-
baptistas diligenter observandæ
sunt. Non enim rudes omnino, &
imperitos elegit Apostolos, & emi-
sit ad prædicandum: Sed primò
pleriq; fuerant auditores Baptistæ
Ioh. 1. v. 37. secundò statim post Bap-
tismum vocavit quosdam ad fami-
liarē conversationem: tertio vocan-
tur Luc. 5. v. 11. ut relictis omnibus,
sint discipuli: quarto, vocantur ad
apostolatam Luc. 6. v. 13. & non sta-
tim emittuntur ad prædicandum. Et
suppus

MINIST: CHRISTI. 39

supputatio temporis hæc pulcrè illustrabit. Lucas verò pulcerrimo ordine narrationem instituit: quòd statim postquam electi fuerunt duodecim Apostoli, Christus habuerit prolixam illam concionem, quam Lucas cap. 6. describit, Matth: verò cap. 5. 6. & 7. In qua observandū est, quæ capita potissimū Christus præscripserit Apostolis, quos selegerat ita formandos & instituendos, ut eos emitteret ad prædicandū. Et si illis, quæ hæctenus in concionibus Christi observavimus, addantur & hæc capita, integrum corpus doctrinæ cœlestis habebimus. Observetur itaq; exemplar, quomodo instituendi & formandi sint illi, qui futuri sunt ministri & doctores Ecclesiarū.

Et hæctenus ratio ordinis plana est. Ponimus .n. eandem concionē esse, quæ à Matthæo, & quæ à Luca describitur, quia idem est exordium, eadem conclusio, & in reliquis sententijs & verbis, fermè conveniunt:

40 **DISTRIBVT: ANNOR:**

nisi quòd Lucas illa membra hujus concionis, quæ Christus postea sæpius repetiuit, hoc loco omisit, & in repetitionibus descripsit. Vnicus tantum nodus est, quòd Matthæus videtur significare, in monte habitum illum sermonem, Lucas verò in loco campestri. Quomodo autem hæc rectè possint conciliari, tradita sunt quædam & à veteribus & à recentioribus, quæ nota esse debent.

Post illustres illas conciones, secundo anno ministerij Christi habitas, sequuntur multa & varia miracula, in quibus voluit usum ejus doctrinæ, quam tradiderat, ostendere. Matthæum igitur ordinem temporis & rei gestæ statim post concionem in monte observasse, manifestum est. Dicit enim cap. 8. *v. i. cum descendisset de monte.* Et juxta regulam nostram rectè judicatur miraculum de sanato leproso, quod
Luc.

MINIST: CHRISTI. 48

Luc. 5. v. 12 per anticipationem de-
 scribit, esse factum statim post con-
 cionem, cum Christus de monte
 descenderet, & in itinere esset versus
 Capernaum. Et quòd leprosus
 dicit, *Si vis potes me mundare*, pul-
 chra est explicatio ejus, quòd Chris-
 tus in concione dixerat; Creden-
 tes, licet sint & relinquuntur in hu-
 jus mundi miserijs, tamen beatos
 esse. Ne verò hæc ita accipiantur,
 quasi non liceat liberationem pete-
 re, vel ea uti, leprosus petit, & Chris-
 tus ei largitur sanitatem.

Cum verò eodem itinere in-
 grederetur Capernaum, historiam
 Centurionis contigisse, uterq; &
 Matthæus & Lucas, consentiunt. Et
 pulcerrimum est exemplum, quòd
 Deus mirabiliter Evangelij cursum
 contra Tyrannos tueatur. Cum
 enim jam facta esset conspiratio in-
 ter phariseos & Herodianos, &
 Christus ideo secessisset ex Capernaum,

C, Naum,

42 **DISTRIBVT: ANNOR:**

naum, jam Centurio Ecclesiae Christi
adjungitur: sicut antea Regulus Ioh.
4. v. 53. & nō multō post Iairus prin-
ceps Synagogae Capernaicae. Illud
verō principaliter observandū est,
quod post concionē ostensurus ap-
plicationē doctrinae, duo edit mira-
cula Christus, unū in homine Israē-
litico, alterū in Ethnico (Ergō perti-
net doctrina Christi ad utrumq; po-
pulū, Rom. 3. v. 22.) Et disertē hoc lo-
co primū vaticinatur de reprobatio-
ne Iudaeorū & vocatione Gentium.

Observentur autē circumstantiae
historiae. Seniores .n. dicunt, *Dignus*
est cui hoc praestetur. & rationē addunt,
diligit enim gentem nostram, & Synagogā
nobis aedificavit. Centurio verō inquit,
Non sum dignus, ut subeas tectū meum.
Christus praeterea hoc in Centurione
commendat, quod agnoscat virtutē
& efficaciam verbi, & inde concipiat
fiduciam. Hanc igitur Christus af-
firmat esse fidē, qua gentes accum-
bent cum patriarchis in regno coe-
lorum

lorū, quæ agnoscit & fatetur suā infirmitatē, & simul se erigit promissione verbi, ex cuius efficacia concipit fiduciā gratiæ & misericordiæ Dei.

Proximum post hoc miraculū factum est in suscitatione filij viduæ, quod solus Lucas hoc ordine post centurionem describit. Relicta enim Capernaum, deflexit versus occidentem ad tribū Ifaschar, ubi Naim sita erat, duobus millibus passuum à monte Thabor. Et ordo historiarū pulcerrimè cohæret. Quia enim Centurio efficaciam verbi in sanatione serui commendabat, Christus mox illustrius exemplum edere voluit ejus, quod Ierosolymis in concione dixerat Ioh. 5. v. 25. Mortui audient vocem Filij Dei, & vivent. Et usum hujus miraculi Christus explicat Ioh. 5. v. 24. quòd scilicet sit confirmatio illius sententiæ: Qui audit verbū meū, & credit ei qui misit, habet vitam aeternam. Ideo etiā multos adhibuit spectatores & testes

hujus

44 D I S T R I B U T : A N N O R :

huius miraculi, ut ostenderet imaginem, quomodo animæ peccatis mortuæ vita spiritualis restituatur per verbum.

Huc usq; à secundo Paschate usq; ad filium viduæ, Lucas ordinem temporis & rei gestæ monstravit. Sed jam ab hoc loco Lucas aliquandiu, sine certa notatione ordinis, historias narrabit, idq; propterea, quia vidit Matthæum ab hoc loco fermè usq; ad tertium pascha, accurate contexuisse ordinem. Hoc enim modo Evangelistæ tradunt mutuas operas, in observatione ordinis. Unicus tamen nodus est in 4. cap. Marci, de quo postea dicemus. Cum Augustino igitur juxta Matthæi ordinem, historiam hoc modo contexamus.

Post suscitatum filium viduæ, cum Christus videret magnam turbam circa se, locutus est discipulis, de transfretatione. Sed in itinere, inquit

MINIST: CHRISTI 45

inquit Lucas, Cum scilicet à Nain
 ad mare Genezareth iret, quidam,
 forsan ex illis scribis quos dixi-
 mus subornatos fuisse ab Ierosoly-
 mitanis, motus doctrina & miracu-
 lis Christi dicit. *Sequarte, quocunq;*
iveris; hoc est, volo non tantum au-
 ditor tuus, sed etiam discipulus
 esse. Quia verò scriba aliud spectas-
 bat, Christus non vult ipsum ad
 hanc vocationem recipere; sed ex-
 ponit ei duram & miseram hujusce
 vocationis conditionem. Mox verò
 alium quendam vocat, *Sequere me,*
 & is quidem non detrectat voca-
 tionem, sed præ tendit patrem
 prius sepeliendum. De tertio Lu-
 cas narrat, qui jam erat discipulus,
 sed incipit disputare de disponen-
 da domo sua. His exemplis turbas,
 quæ ex curiositate sequebantur,
 perstringit. Ostendit autem doctri-
 nam, quam in monte de cruce dis-
 cipulorum tradiderat, facile posse
 præ

46 DISTRIBVT: ANNOR:

percipi, sed in accommodatione & usu, varios quæri prætextus, excusationes & disputationes. Quid verò Christus respondeat, manifestum est ex Evangelistarum narratione.

Hæc gesta sunt in via à Naim, ad mare Genezareth. Et vesperi dimissis turbis, conscendit navim cum discipulis. Erant autem & alia navigia cum ipso, pro reliquis discipulis. Sed λαίλαψα venti irruit in illam navim, quæ Christum cum Apostolis veherat: Et tunc secuta sunt, quæ Evangelistæ de illa tempestate narrant. Monstrabit autem consideratio ordinis doctrinam. In concione enim in monte inter cætera etiam hanc proposuerat doctrinam: Quærentes regnum Dei, debere in sua vocatione Deo confidere de externis & corporalibus. Et discipuli rebus prosperis & tranquillis arbitrantur, se hanc doctrinam

doctrinam probe tenere, & egregiam
 fidem habere. Christus igitur hac
 tempestate ducit eos quasi ad exa-
 men perceptæ doctrinæ. Ideo dicit,
ubi est fides vostra? Item, *Quomodo*
non habetis fidem? & repetit vocabulū
 ὀλιγόπιστοι ex concione in monte,
 ut ostendat talem esse praxin, ut
 ita dicam, istius doctrinæ.

Trajecto autem mari Genes-
 zareth, venit in regionem, quam
 Matthæus vocat Gergesenorū, Mar-
 cus & Lucas Gadarenorum, de qua
 eruditi disputant. Occurrerunt au-
 tem ei duo dæmoniaci, quorum al-
 terum tantum, propter tyrannidem
 Diaboli magis celebrem & notum,
 Marcus & Lucas describunt. Sicut
 autem antea Mar. 6. v. 34. præsentia-
 bus turbis Diabolo silentium impe-
 ravit, ne curiositatem populi aleret:
 ita nunc, quia tantum discipulos
 in comitatu habet, permittit Dia-
 bolo plura loqui, ut imaginem
 malitiæ

malitiæ & tyrannidis ejus proponat
discipulis, quibus mox daturus erat
potestatem super dæmonia Matth.
10. v. 8. Expendendæ igitur sunt
circumstantiæ. Quòd verò Christus
porcos diabolis permittit, id forsan
ideo factū est, quia in contemptū le-
gis divinæ porcos aluerant. Et singu-
lare hoc est, quòd Gadareni, in con-
scientia convicti de officio & poten-
tia Christi, non audent vi illū expel-
lere, sed propter amissos porcos loco
magni beneficij orant, ut discedat
Christus. Ob illā tantā ingritudi-
nem non tamen plane abiicit Gada-
renos, sed liberatum relinquit ibi
præconem istius miraculi. Ac po-
stea Christus ipse redibit in fines
Decapolis.

Miraculum sanati paralytici,
& Marcus & Lucas indefinita no-
tatione temporis describunt. Mat-
thæus verò dicit, factum esse, cum
à Gadarenis transjecisset in alterā
ripam.

ripam. Ordo igitur historiae hic est
 Cum redisset à Gedarenis, multa
 turba, quæ expectabat ipsum, con-
 gregata erat ad mare, & excepit
 ipsū; sicut Marcus & Lucas dicunt.
 Ingressus est autem *suam civitatem,*
 quā Marcus *Capernaum* fuisse dicit.
 Convenerant autem Capernaum
 pharisæi & scribæ, ex omni castel-
 lo Iudææ, Galilææ, & ex Ierusalem,
 sine dubio, quia Christus post pri-
 mam secessionem redierat, ut de
 nova conspiratione consultarent.
 Illi ergo ad domum Christi simul se
 contulerunt: & Lucas dicit, tur-
 bam illis concessisse locum hono-
 ratiorem. Sederunt enim. Christus
 verò presentibus illis insidiatoris-
 bus, *locutus est verbum,* sicut Marcus
 inquit, & multos sanavit. Interim
 affertur paralyticus, in cuius sanatio-
 ne Christus ostendit verum finem
 & usum miraculorum. Funda-
 menta insuper doctrinae de absolu-
 tione,

D tione,

50 **DISTRIBVT: ANNOR:**

tione, pulcerrimè hic monstrantur. Scribæ verò cogitant, se id, quod quærebant, jam arripuisse, crimen scilicet blasphemiæ contra Christum, cuius pœna capitalis erat. Et inde potest colligi, quàm horrendæ tunc fuerint tenebræ in doctrina Pharisæorum de remissione peccatorum, non dissimiles papisticis.

Porro historiam de Convivio Matthæi, & disputatione sequenti, omnes Evangelistæ subjungunt statim post sanationem paralytici. Ratio igitur ordinis plana est. De vocatione enim Matthæi supra ex Augustini sententia diximus. Nunc verò, quia Christus per aliquot dies commoratur Capernaum, Matthæus in suis ædibus, suis sumtibus, instruit convivium, idq; hac occasione, sicut Marcus annotavit: Quia Christus vocatione Matthæi modum conversionis, & spem veniæ ostendit.

ostenderit publicanis & peccatoribus, multi ex illis docentem affectati sunt. Vt igitur Matthæus sui ordinis homines Christo propius adducere, & quasi privatim ab ipso in gratiam reciperentur, instruit illud convivium. Et quia hinc primum describitur, quod Christus cum notoribus peccatoribus mensam communem habet, Scribæ isti, de quibus dictum est, statim hoc arripunt, & quidem astute rem aggrediuntur. Non enim cum ipso Christo, sed cum discipulis disputationem instituunt, si forsan ipsorum animos possent à Christo abalienare. Defensionem enim discipulorum non dubitabant secutura omnia illa, quæ ipsi quærebant. Sed Christus inde sumit occasionem pulcherrimæ doctrinæ, quam dulcissimis sententijs complexus est; Sicut in Matthæo videre licet.

Pergunt verò Scribæ ostendere,

D 2 quare

32 DISTRIBVT: ANNOR

quare frequentes undiq; convenē
nerint Capernaum. Quia igitur ma
gna erat autoritas nominis Baptis
tæ, illius discipulos secundo jam
sibi adjungunt. Cum enim primo
idem tentarent, reprehensi sunt à
Baptista. Ioan. 3. v. 27. Nunc ergo,
postquam Ioannes carceri inclusus
est, idem tentant. Habebant autem
Iohannis discipuli legales quosdam
ritus, communes cum pharisæis.
Coniunctim igitur aggrediuntur
Christum, objecta ipsi autoritate &
Baptistæ & pharisæorum, quasi stu
dio dissentiendi cum nemine vellet
consentire. Christus verò hanc quæ
stionem explicat per parabolas, &
meminit sponsi, ut commonefaciat
at Iohannitas de responsione Baptis
tæ, Ioh. 3. v. 29. Hæc verò dispu
tatio postea dabit occasionem lega
tioni, quam Ioannes ex carcere
misit ad Christum.

Hæc igitur historia de convivio

VIO

vio Matthæi, suum certum locum
 & ordinem habet. Quæ verò histo-
 ria proxima in ordine hanc sequa-
 tur, ex reliquis Evangelistis non
 facile colligi potest. Matthæus verò
 certa circumstantia ordinem mon-
 strat. Inquit enim, *dum hæc loqueretur*
eis, scilicet in disputatione cum phar-
 risæis & discipulis Iohannis, *ven-*
it Iairus Archisynagogus &c. Cert-
 tum igitur est, historiam Iairi hoc
 tempore & ordine factam esse.
 Cum enim pharisæi, facta conspira-
 tione cum discipulis Iohannis,
 Christum cogitarent opprimere, De-
 us ipsi mirabiliter Archisynagogum
 adjungit. Observandum est autem,
 quanta sit differentia inter fidem
 Centurionis, hominis militaris &
 ethnici, & Iairi Iudæi, qui profes-
 sione Theologus est. Et ordo histo-
 riæ, si adhibeatur collatio descri-
 ptionis, sicut extat apud tres Evan-
 gelistas, ostendet, quomodo Chris-
 tus

54 **DISTRIBVT: ANNOR:**

stus languidam & vix fumantem
fidem foveat, aliat & provehat.

Quæ vero historia huic pro-
ximè in ordine sit subiungenda, Lu-
cas non ostendit. Sed Matthæus &
Marcus addunt notationē temporis
& ordinis. Vterq; enim dicit, Cum
post suscitationem puellæ discederet
illinc, & Matthæus quidē de duobus
cæcis scribit & de muto. Mox verò
Iesus egressus venit Nazareth:
Marcus enim manifesta notatione
ostendit, historiā illam, quam Math.
cap. 13. non suo loco describit, quid
scilicet Christo secundò jam in pa-
triam Nazareth reverso acciderit,
pertinere ad hoc tempus, & hoc or-
dine esse collocandam. Diligenter
autem observanda est hæc historia.
Colligi enim inde potest, qualis fue-
rit privata vita Christi, ante inchoa-
tionem ministerij. Item qualis fue-
rint cognati ipsius, & ubi habita-
rint.

Post

MINIST: CHRISTI. 59

Post hæc Matthæus & Marcus consentiunt, Christum instituisse generalem, ut sic dicam, visitationem. Hæc enim sunt ipsorum verba. *Circumibat omnes civitates & vicos in circuitu, docens Evangelium regni, in synagogis &c.* Et si hæc descriptio conferatur ad 34. cap. Ezech. pulcherrima erit observatio: Ego, inquit, requiram oves meas, & visitabo eas, sicut pastor solet visitare oves suas. &c. Videns autem loco urbium leviticarum Synagogas, scribis, pharisæis, senioribus, & archisynagogis speciosè esse constitutas, indoluit turbas nihilominus sicut oves sine pastore dispersas vagari. Et observetur quærela Christi, Multi sunt Magistri, operarij pauci, pastores nulli. Ezechiel dicit, pascunt seipsos. Et hæc visitatio dabit occasionem missioni Apostolorum. Ministerium enim, quod non rectè

D 4 curas

56 **DISTRIBVT: ANNOR:**

curabant, aufertur ab illis, & datur
Apostolis, sicut prædictum fue-
rat Ierem. 23. v. 32. Ezech. 34. v. 22.
Et hic ponitur finis secundi anni
ministerij Christi, ab illis, qui à
tempore Baptismi supputationem
annorum inchoant.

Et in illis quidem historijs se-
cundi anni, quas hæcenus contes-
ximus, ratio ordinis satis plana est.
Sunt verò præterea aliquot histo-
riæ, quas ad secundum hunc an-
num pertinere non est dubium. Sed
de ordine temporis & rei gestæ, ali-
quid habent controversiæ. Illas igitur
expediamus, priusquam pro-
grediamur.

Historiæ autem hæc sunt, Prima
de fratribus Christi quærentibus ip-
sum comprehendere. Secunda, de
ejectione dæmoniorum per Beel-
zebub. Tertia de multis illis para-
bolis, seminantis, Zizaniorū, &c.
Matthæus enim post emissionē A-
stolorum

postolorum has historias describit
cap. 12. & 13. Marcus verò & Lucas
multò ante, priusquam navicula
tempestate, factata perveniret ad
Gadarenos. Variè igitur de ordine
istarum historiarum ab eruditis di-
putatur.

Osiander suam peculiarem se-
quitur rationem, non easdem, sed
plane diversas esse historias, de pe-
riclitante navicula, & suscitatione
puellæ in Matthæo, & in reliquis
Evangelistis, Sed iudico alia sim-
pliciori ratione, ordinem posse de-
prehendi, juxta regulas supra tradi-
tas; Matthæum enim cap. 12. & 13.
non servare ordinem temporis &
rei gestæ, inde manifestum est, quòd
duodecimum caput inchoat ab his-
toriæ de evulsis spicis, Marcus verò
certa notatione monstrat, ad quod
tempus historiæ illæ pertineant, &
quo ordine sint collocandæ. Post fini-
tas enim illas multas parabolas,

D s sub

33 **DISTRIBVT: ANNOR:**
subjungit Marcus, Ait discipulis
suis in illa die, cum facta esset vesp
pera, transfretemus: & mox sequit
tur tempestas maris, historia Gada
renorum, &c. Et cum hoc ordine
etiam Lucas consentit. Ex illa no
tatione Marci deprehenditur, quo
loco & ordine collocandæ sint tres
illæ historiæ, quas Matthæus & Mar
cus coniungunt, nempe, quòd post
historiam Centurionis Matth. 8. v.
5. & viduæ Naim Luc. 7. v. 17. Chris
tus redierit Capernaum, in domū
suam Mar. 13. v. 20. & ibi mater ejus
cum cognatis veniunt comprehen
suri ipsum. Interea oblatuſ est illis
obsessus, & mota est disputatio de
Bcelzebub. Quia verò cognati foris
stabant, muliercula quædam clamit
at de matre Christi, Beatus venter,
qui te portavit, Pharisei verò obijci
unt cognatos ab ipso dissentire,
Ideo illo die egressus est ad mare, &
multa per parabolas locutus est. Re
versus

versus autem domum, Apostolis interpretatus est parabolas. Vespere autem illo ipso die iussit discipulos transfretare: & tunc illa acciderunt, quorum ordinem hactenus contexamus.

Sed redeamus ad contextum ordinis. De occasione igitur missionis Apostolorum dictum est. Addit autem Matthæus, Christum orationem præmisisse missioni. Nec verò solus oravit, sicut in electione eorum Luc. 6. v. 12, sed inquit, *Orate*, hoc est, publicas quasi preces indicit. Et observanda est emphasis vocabuli *Extrudere*. Observandus est autem ordo historiarum. Hactenus enim Apostoli baptizarunt quidem Ioh. 3. v. 22. & 4. v. 2. sed nec prædicarunt, nec miracula ediderunt, ne post electionem quidem. Dicit enim Marcus cap. 6. v. 7. Cœpit eos mittere &c. Nunc verò convocatis duodecim illis, quos antea vocavit, & postea

60 D I S T R I B U T : A N N O R :

postea elegerat, emisit eos ad prædicandum regnum Dei, & non permittit illis liberam legationem, sed certis mandatis circumscriptam Matth. 10. v. 8. Et capita hæc recensentur .i. *Resipiscite* Mar. 6. v. 12.
2 *Appropinquavit regnum Cælorum.* Matth. 10. v. 7. Ut autem legationi ipsorum, qui nondum admirandis donis linguarum ornati erant, fides adhiberetur, dono miraculorum ipsos instituit. Quia verò peculiaris est hæc missio, certi temporis & loci, dat illis Christus peculiaris quædam mandata, quæ ad hanc tantum missionem pertinent; scilicet, ne ad Gentes declinent. Et quia ad hoc mittebantur, ut non sicut Baptista mox venturum, sed jam præsentem nunciarent, ideo non vult illos instrui sarcinis viatorijs quasi ad diurnam legationem, sed ut ipso gestu significant, in re præsentem propestandum esse. Ideo iubet neminem
in via

in via salutare, non diu in uno loco
 herere &c. Hæc sunt peculiaria huius
 missionis mandata. Nã Luc. 22.
 v. 35. Christus dicit, Hactenus misi
 vos sine baculo, sacco & pera, sed
 iam alia erit ratio. Et hoc modo res
 ctissimè explicari possunt disputa
 tiones, quæ de hoc textu movens
 tur. Quæ verò sequuntur ab illo
 paragrapho, *Ecce ego mitto vos, sicut
 oves &c.* pertinent ad universale
 ministerium apostolorum, post pas
 sionem Christi. Quia enim futurus
 erat placidus successus primæ mis
 sionis, ne existiment semper talem
 fore cursum ministerij, addit præ
 dictionem de futuris postea perse
 cutionibus.

Porro, post emissionem Apo
 stolorum, ordo historiarum ita poterit
 deprehendi, si inquiretur, quæ ges
 ta sint interea, dum abessent Apo
 stoli, usq; ad reditum ipsorū, Matth.
 14. Marcus autem & Lucas hac in
 parte

62 **DISTRIBVT: ANNORS**

in parte breviores sunt. In Matthæo ergo investiganda erit ratio ordinis. Ostendimus autem supra Cap. 12 & 13. Matthæi, pertinere ad historiam præcedentis temporis. Remanet ergo Cap. 11. usq; ad initium capitis 14. In quo undecimo cap. in principio Matthæus, ordinem temporis & rei gestæ monstrat. Post discessum ergo Apostolorum Christus transijt inde, ut prædicaret in civitatibus ipsorum.

Sed de ordine illius historiæ, quomodo Iohannes ex carcere misit ad Christum, est quædam controversia. Lucas enim illam ponit statim post historiam Centurionis & viduæ Naim: & hunc ordinem quidam sequuntur. Sed Matthæus videtur ordinem expressè notare. Inquit enim: *postquam finem fecisset præcipiendi discipulis, seu Apostolis.* Congruit etiam ordo historiæ de conspiratione discipulorum Baptis
ta,

MINIST. CHRISTI. 68

stæ, cum pharisæis, contra Christum
Matth. 9. v. 14. Facta est ergo illa his-
toria, non eo ordine, sicut Lucas
describit, sed sicut Matthæus in-
quit, post emissos Apostolos. Et hac
ratione pulcra erit consideratio cir-
cumstantiarum illius historiæ.

Cum vero discessissent legati Io-
hannis, cepit Christus concionari
turbis, publicanis, peccatoribus,
scribis, pharisæis, & qui ex vicinis
civitatibus erant. Hos enim omnes
tunc affuisse, cū legati Baptistæ veni-
rent, Evangelistæ indicant. Instituit
autem collationem ministerij pro-
phetarum, Baptistæ, Christi, & Apo-
stolorū, & cum gradibus seu modo
revelationis differre ostendisset, in-
cipit satis acerbā exprobrationem:
& turbis hoc exprobrat, quòd cum
magno ardore exierint ad Baptistā,
in eremū, nihil tamē veri fructus ex
illius concionibus retulerint. Scri-
bis verò, quòd cum palam non aus-
deant

decant contradicere Christo, tamen
 clam spreverint consilium Dei apud
 semetipsos, seu contra semetipsos.
 Et præcipue exprobrat civitatibus
 in littore maris Genezareth, in quibus
 per biennium ferè ut plurimum
 versatus fuerat. Hæc verò pe-
 ricope à Luca cap. 10. v. 13. ponitur,
 partim post emissionem, partim
 post reditum septuaginta discipu-
 lorum, & quidem addita certa no-
 tatione temporis, *Eadem hora &c.*
 Vel ergo eò referenda est hæc pars
 concionis, vel si intelligatur bis esse
 repetita, & in Luca, & hoc loco,
 Matthæi contextus non malè cohæ-
 rebit propter sequentem historiam.

Ex Luca enim colligitur, his-
 toriam de peccatrice, & Simone
 pharisæo, post illa, quæ Matth. 11.
 describuntur, factam esse. Et illa
 consideratio ordinis magnam lu-
 cem præbet huic historiæ. Cū enim
 Christus exprobrasset turbis & phar-
 risæis,

MINIST: CHRISTI. 66

pharisæis, quod spernant consilium Dei, statim unus ex pharisæis invitat illum. Quia verò exprobrationem præcedentem concluderat dulcissima illa sententia, *Venite ad me omnes* &c. peccatrix quædam illa voce excitata, sequitur ipsum in domum pharisæi. In præcedente igitur concione, duo genera hominum arguit, primum, qui blasphemant & persequuntur, secundum, qui sine fructu audiunt, qui Christum non quærunt. Iam proponit alia duo genera hominum, qui nec hostes, nec contemptores Christi videri volunt, sed veniunt ad ipsum. Observetur autem diversitas. Phariseus quærit in Christo non remissionem peccatorum, non gratuitam acceptationem: sed mercedem propriæ justitiæ. Hunc Christus placidè, quia non ex malitia errat, arguit, ostendens causam erroris, & monstrans veram viam. In peccatrice verò ostendit

E stendit

DISTRIBVT: ANNOR:

stendit, officium suum esse, quæ-
rere & seruire, quod perierat, &
ostendit, quomodo peccatores ad
Christum ita veniant, ut requiem
animabus suis inueniant,

Post hanc historiam iudico
subjungendam illam pericopen 8.
capitis Lucæ, quod Christus inter
rea, dum Apostoli abessent profecti
ad prædicationem, & ipse suscepta
peregrinatione, oppidatim & vica-
tim prædicârît Evangelium, & in
comitatu suo habuerit pias quas-
dam matronas, quæ de suis facul-
tatibus ipsi necessaria ministrabant.
Hunc enim ordinem Lucas notat,
quando inquit, *εν τῷ κειθξῆς*, &
idem ostendit his verbis, prædicavit
Christus, & unâ cum ipso duode-
cim Apostoli. Illis verò ministeriũ
prædicandi ante emissionem Math.
10. nondum fuerat commissum. Et
hic ordo historiæ ideo observandus
est. Monstrat enim Christum in suo
mini

ministerio ne tunc quidē ociosum
fuisse, quando Apostolis delegerat
munus docendi; sed Matth. II. v. I.
statim post emissionem Luc. 8. v. I.
usq; ad reditum Apostolorum ipse
oppidatim prædicavit,

Porro in idem ferme tempus inci-
dit decollatio Baptistæ, & reditus
Apostolorum. Licet enim videantur
Evangelistæ illa occasione, quòd ad
Herodem fama de miraculis Christi
delata fuit, narrare historiam de
morte Baptistæ, quam ideo quidam
longe ante accidisse putant. Mat-
thæus tamen certa notatione ordinē
hujus historiæ monstrat. Dicit enim
discipulos Baptistæ, post soluto offi-
cio sepulturæ, venisse ad Christum,
& nunciasse ei, quæ acciderant. Eo-
dem verò tempore, sicut Marcus &
Lucas narrant, Apostoli ex legatio-
ne sua quoq; redierant, & narra-
bant, quæ fecerant & docuerant,
& mox sequitur miraculum de
quinq; panibus. Tempus verò Ioa-
hannæ

87 **DISTRIBVT: ANNOR:**

hannes notavit cap. 6. v. 4. fuisse
scilicet prope Pascha. Et ex his no-
tationibus constitui potest suppu-
tatio historiae Baptistæ.

Coniectus enim fuit in carce-
rem quatuor mensibus ante mes-
sem, Ioh. 4. v. 35. hoc est, tribus
mensibus ante secundum pascha
ministerij Christi, & cum propè es-
set tertium pascha ministerij Christi,
Ioh. 6. v. 4. interficitur. Detentus
igitur fuit in carcere per integrum
annum & duos menses. Quod si in
Septembri Ministerium suum in-
choavit, sicut supra dictum est, li-
ber & solutus in eo versatus est an-
num unum & menses quatuor, usq[ue]
ad Ianuarium scilicet anni sequen-
tis. Et inde potest colligi, quam diu
simul cum Christo in ministerio
versatus sit, priusquam in carcerem
conijceretur, per annum scilicet in-
tegrum, si accipiamus Christum ba-
ptizatum in Ianuario, juxta vulgarem
rem

rem opinionem: juxta Epiphaniij
verò annotationem, duos adhuc
menses ultra. Erit igitur totus cursus
ministerij Baptistæ usq; ad mortem
ejus, annorum duorum & sex
mensium. Et ita etiam Nicephorus
supputat. Expendendæ autem sunt
circumstantiæ historiæ de morte
Baptistæ: multa enim præclara
exempla continet.

Hoc igitur certum est, quo tem-
pore Apostoli ex prima illa legatione
redierint: quamdiu verò abfue-
rint certò non potest constitui. Con-
jectura tamen verisimili colligitur,
quia vicatim & oppidatim, in tota
terra Israël, excepta Samaria, de-
bebant prædicare, fuisse peregrina-
tionem aliquot mensium. Et inde
tempus illud, quo Apostoli emis-
si sunt, verisimiliter constituitur,
initium tertij anni ministerij Chris-
ti. Quid verò in illa legatione effe-
cerint, dicunt Evangelistæ, ipsos
E 3 rede

69 **DISTRIBVT: ANNOR:**
redeuntes narraſſe Chriſto, ſed narra-
tionem non explicant. Poceſt au-
tem inde colligi, quòd ſcribunt, illa
Apoſtolorum legatione, rumore
de Chriſto in omnibus locis per-
crebuiſſe, ita, ut poſt mortem Bapti-
ſtæ, etiam in aula Herodis, multus
& varius eſſet de doctrina & mira-
culis Chriſti ſermo. Nunciata igitur
morte Baptiſtæ, Chriſtus cum
diſcipulis ſuis ſeceſſit trans mare
Tiberiadis, ad deſertum Bethſaida,
partim ut Apoſtolos peregrinatione
defatigatos refocillaret, partim
ut ipſos, qui tam triſti morte ſummæ
prophetæ terreri poterant, confir-
maret. Et nominatur locus ſeceſſio-
nis deſertum, ſcilicet civitatis Beth-
ſaida. Philippus enim civitatem,
antea Bethſaida dictam, in hono-
rem Iuliæ (filie Auguſti) multis &
ſplendidis ædificijs ornatam, mu-
tato nomine voluit vocari Iuliada,
& circa illam civitatem fuit deſertum.
Seceſſit igitur Chriſtus ex ditione
Herod

Herodis, ad regionem quæ Philippæ Tetrarchiæ erat subjecta. Sed populus territus tristi exemplo mortis Baptistæ, timebat & sibi & Christo. Ideo ex omnibus urbibus itinere pedestri, concurrunt ita, ut præveniant Christum, & ibi cum esset Pascha, illustre illud miraculum de quinque panibus factum est: cuius circumstantias omnes diligenter descripserunt Evangelistæ. Totus enim mundus, & præcipue Ecclesia plena est quotidianis, multis & magnis miraculis, quæ quia assiduitate viluerunt, non observantur. Quia igitur hoc miraculum volebat Christus conspicuum esse, multas circumstantias accuratè præmisit, quas ordine annotabimus.

Quia enim Christus per totam diem doctrina & miraculis populum detinuerat jejunum, appetente vespera, videtur Apostolis, quod ita sit intentus Spiritualibus, ut suos plane negligat in corporalibus. Admonent

E 4 igitur

71 **DISTRIBVT: ANNOR**

igitur ipsum. Sed Christus respon-
det, æquum est, ut nos ipsis demus,
quod edant. Dicunt igitur Aposto-
li: Ergo nobis eundum est, ut emas-
mus cibaria. Mox verò Christus di-
cit Philippo, unde emenus panes?
Philippus respondet: Si omnem nos-
tram pecuniam, ducentos scilicet
denarios erogemus, non sufficient.
At Christus dicit, abite, videte, num
in tanta turba aliqui sint, qui cibos
secum sumserint. Sed cum per to-
tam turbam sollicitè quæsiuissent,
nihil inventum est. Solus Andreas
puerum unum in tota turba inve-
nit, qui haberet quinque panes, & pis-
ciculos paucos. Venit igitur & re-
nunciat hoc Christo, qui jubet illos
panes & pisciculos afferri, & dat
mandatum Apostolis, ut faciant
homines discumbere. Et quidem
ostendit rationem, quomodo debe-
ant discubitus ordinare. Vbi obser-
vanda sunt vocabula *συμπόσιον, κλι-
σία,*

σία, πρῶτος. Scilicet in symposio le-
 cticæ circa mensam ordinantur.
 Certum autem numerum discum-
 bentium in singulis symposijs præ-
 scribit, quinquagenos scilicet Luc.
 9. v. 14. ut duo ordines in unoquoq;
 symposio sint, quorum singuli con-
 tineant. 50. viros, & quando hoc mo-
 do. 5000. discumbunt, centum erunt
 ordines & quinquaginta symposia.
 Et hoc est, quod Marcus dicit cen-
 tenos & quinquagenos. Tota autem
 multitudo hoc modo disposita præ-
 bet speciem, sicut sunt areolæ hor-
 torum, in quibus semina proijci-
 enda sunt, & hos discubitus tam
 accuratè ordinavit, ut quisq; alte-
 rum respiciens, & Apostoli ordine
 per symposia illa incedentes, illu-
 strius redderent miraculum.

In conspectu igitur & sub ocu-
 lis discumbentium quinque illos pas-
 nes, quos solos turba sciebat ad se
 se, accipiens benedixit, & coepit

E s fran

frangere, & fragmenta dedit discipulis, qui ea in cophinis, sicut ex fine historiae colligitur, accipientes, singuli per singula sympolia incedentes distribuerunt. Quæ verò fuerit quantitas panum, ex 4. cap. Reg. 4. v. 42. colligi potest, ubi pro magno miraculo recensetur, quod 20. panibus 100. viri satiantur. Hilarius disputat, an multiplicatio facta sit in manibus Christi frangentis, vel discipulorum distribuentium, vel turbae sumentis. Sed verisimile est, Christum ita frangendo multiplicasse, ut Apostoli & turbae in suis ipsorum manibus viderent, & palparent virtutem Dei. De Christo enim frangente Marcus inquit, duos pisces divisit omnibus, & cap. 8. v. 19. inquit Christus, quinque panes fragit in 5000. hominum. De Apostolis verò distribuentibus, Iohannes inquit, dederunt, quantum volebant. Dicit autem historia edisse
omnes

MINIST: CHRISTI. 74

omnes, donec saturati sunt & impleti. Quia verò Iohannes dicit distribuisse 5000. virorum, & Mattheus dicit etiam mulieres & paruulos saturatos: Mulieres ergo & pueri discumbentibus viris astiterunt, & discumbentes etiam astantibus, quisq; de suo fragmento tantum dedit, ut saturaretur. Iohannes enim dicit: Apostoli distribuunt discumbentibus. Cum igitur saturati essent, iubet Christus Apostolos rursus ire per singula symposia, ut quod cuiq; supererat, quod saturatus comedere non poterat, colligerent. Impleverunt autem 12. cophinos plenos. Et notandum est, quòd in altero miraculo de septē panibus fiat mentio στυγιδων, hìc verò κοφινων, & arbìtror hoc ideo factū esse, ut de quantitate cogitari possit. Pollux enim annotavit, κοφινον esse genus mensuræ, & aridorum & liquidorum, & continere tres congios. Hæc sit mediocris delineatio circumstantiarum, huius

huius miraculi, unde multiplex doctrina colligi potest.

De ordine verò, quæ scilicet historia proximè post hoc miraculum sit subijcienda, nulla controversia est. Evangelistæ enim consentiunt, quid vesperi & nocte sequenti factum sit, nisi quòd circumstantiæ rectè sunt conferendæ. Et antea aliquoties observavimus, considerationem ordinis historiarum ostendere, quomodo Christus, quando vel præclaram aliquam concionem habuit, vel singulare aliquod miraculum edidit, mox varijs modis monstret intellectum & usum. Cum ergo homines ex miraculo quinque panum agnoscerent ipsum esse Messiam, sed ex perversa persuasione de externo illius regno, vellet ipsum rapere, & regem facere, mox compellit discipulos, ut trañciant, ne sit tanta multitudo tale quid tentaret, adversarij specie aliqua

macu

maculam seditionis ministerio ipsis
us aspergere possent. Et turbis qui-
dem altero die, insigni concione
præbet veram explicationem.

Cum Apostolis verò, qui vis
debantur sibi miraculum hoc re-
ctius intelligere, mox post aliquot
horas instituit examē, immissa tem-
pestate, an verum usum miraculi
teneant, & præstare possint in re-
bus adversis. Observandæ autem
sunt circumstantiæ totius historiæ.
Monent enim, qua methodo Filius
Dei uratur, quando usū & praxin,
doctrinæ antea traditæ, vult mon-
strare & docere. Et Marcus tristem
naturæ depravationē, quæ in Apo-
stolis etiam renatis adhuc hæret,
& impedit, quò minus doctrinæ
coelestis, etiam quando clarissimè
proponitur, rectè percipi & usura-
pari possit, describit hac sententia;
Non intellexerant de panibus. Erat enim

DISTRIBVT: ANNOR:

cor eorum obduratum. Quomodo verò Filius Dei hanc duritiem cordis corrigat & molliat, reliquæ circumstantiæ ostendunt.

Observandū verò est, quòd Apostoli primū pusillanimitate jactantur. Mox Petrus præsumptione incipit mergi. Tam tristis est depravatio naturæ etiam in renatis. Sed Filius Dei Mediator in utramq; partē præsentia sua & auxilio suo succurrit. Et dulcissima est pictura, quomodo languida fides apprehendat quidē, Sed magis apprehendaturā Christo, Philip. 3. v. 12. Et hæc noctu acciderunt.

Navicula autē non ad ipsam civitatem Capernaum appulit, sed ad terram Genezareth. Et cum per civitates, vicos & villas pergerent Capernaum, undiq; allati sunt ægroti petentes, ut tantū fimbriā vestimenti ipsius tangere liceret. Illud enim ex miraculo hæmorrhousæ didicerant.

Turba autē, que pridie diligenter observârat, unicā illam navim, in
quam

quā solos Apostolos viderant ingres-
 sos, noctu ripā obsederant. Sed cum
 altera die in vicinis locis Christum
 non invenirent, cogitarunt id, quod
 res erat. Alijs ergo naviculis, quæ à
 Tiberiade supervenerant, traiece-
 runt ad Capernaū, quā noverant ip-
 sius civitatē esse, & statim de miracu-
 lo, quomodo sine navi in alterā ripā
 venisset, interrogant. Christus verò
 ad illam quæstionē nihil respondet,
 sed quia pridie intellexerat ipsos do-
 ctrinam & usum miraculi non rectē
 intelligere, pravas ipsorum opinio-
 nes refutat, & verū usum ostendit.
 Instituit autē hac occasione pulcerrī-
 mam illā concionē Ioh. 6. de esu suæ
 carnis, & potu sui sanguinis. Et quia
 ex mentione manducationis quinque
 panū mutuatur perpetuā illam me-
 taphoram, qua per totam concionē
 beneficiū remissionis peccatorum,
 donationē vitæ æternæ, & modū ap-
 plicationis describit, membra conci-
 onis nō possunt simplicius & rectius
 intelligi.

79 **DISTRIBVT: ANNOR:**

intelligi, quàm si observetur, quæ sit metaphorica significatio in alijs scripturæ locis horum vocabulorum: primò famis & sitis; secundò cibi, potus, panis, mensæ, calicis &c. tertio manducationis & bibitionis. Ita enim membra concionis rectè distribui poterunt, nec difficilis erit dijudicatio, quæ membra & quo ordine vetustas ad doctrinam de Cœna Dominica accommodarit.

Tertium Pascha, quod incidit in tempus ministerij Christi: & quæ historia ad illum annum pertineant, atq; quo ordine factæ sint.

Et hæcenus ordinem historiarum tertij anni ministerij Christi, à missione Apostolorum usq; ad tertium festum paschæ deduximus. Iam historia festi illius subjungenda est. Sed de ea nihil annotatum extat,
nisi

MINIST. CHRISTI. 30

nisi quòd Johannes 7. v. 1. inquit:
Et post hac ambulabat Iesus in Galilæa.
Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia
Iudei querebant eum occidere. Quatuor
autem ex verbis illis colliguntur.
1. Quòd Christus ad festum illud
Ierosolymas ascenderit. 2. Quòd
adversarij non verbis, ut hactenus,
se ipsi opposuerint; sed in ipso festo
apertè ad machinandam cædem
se converterunt. 3. Cogitetur
de causa, qua ita irritati fuerunt Iu-
dæi: quia scilicet in festo illo doctrina
& miraculis illustrius se patefecit.
4. Post festum statim relicta Iu-
dæa reversus est in Galilæam.

Habemus igitur festum paschatis,
quod in tertium annum ministerij
Christi incidit. Iam porrò investi-
gandum est, qua ratione ordo histo-
riarum post tertium illud pascha de-
prehendi possit.

Ostendimus autem aliquoties,
quam rationem Johannes in sua
F scriptio

scriptione sequatur. Quia ergo Iohannes statim à paschate transit ad festum tabernaculorum, significat historiam sex mensium, à Martio usq; ad Septembrem, à reliquis Evangelistis ordine, & quantum satis est, descriptam esse. Et hac ratione deprehendemus historias tertij anni ministerij Christi, à Paschate usq; ad festum tabernaculorum, illas esse, quæ descriptæ extant à 15. cap. Math. usq; ad 19. & à 7. Marci usq; ad 10. cap. ejusdem. Et quæ Luc. 9. post miraculum quinque panum usq; ad projectionem Ierosolymitanam describuntur.

Ordo igitur & contextus historiarum hic est. In tertio festo Paschatis Iudæi seriò coeperant agitare consilia de occidendo Christo Joh. 7. v. 1. sed quia statim relicta Iudæa reversus fuerat in Galilæã, sub miserunt Scribas & pharisæos, non
quales

MINIST: CHRISTI. 38

quales in singulis Synagogis erant, sed qui Ierosolymis præcipui erant, ut cum Christo congrederentur, ut aliquid captare possent, quod plausible specie cædi prætenderent. Accidit autem cum turba multa congregata esset, quòd quidam ex discipulis Christi panem gustarunt non lotis prius manibus. Inde arripiunt scribæ occasionem, & instituunt cum Christo disputationem de traditionibus seniorum. Et Christus hac occasione locum communem de Traditionibus humanis copiosè tractat & explicat. Quia verò responsione asperiori Pharisæi offensi erant, Apostoli obliquè Christo obijciunt doctrinā de scandalo. Christus verò ostendit & tradit utilissimam illam distinctionē de scandalo pharisaico, & de scandalo infirmorum. Et observandum est, quòd alia docendi ratione erga adversarios præfractos &

31 **DISTRIBVT: ANNOR:**

obstinatos utitur Christus. Mox
verò conversus ad turbas placidius
veram sententiam exponit, & viam
sternit ad abrogationem Levitici
discriminis ciborum. Ostendit autē
pulcra antithesi, quæ sit vera im-
mundities, & unde contrahatur ea,
quæ coram Deo, conscientiam abo-
minabilem reddat.

Post hanc concertationem Chri-
stus secessit in partes illas, ubi ter-
minatur Palæstina, & incipiunt fi-
nes Syriæ: quod fuit præludium,
fore ut regnum Dei à Iudæis ad
gentes transferretur. Et toto hoc ses-
mestri, à Martio ad Septembrem,
sæpe excurrit ad fines gentium.
Multum autem lucis accedit histo-
riæ, si descriptio mulierculæ rectè
consideretur. Generali appellatione
nec vocatur Græca. Ita enim omnes
gentes, quæ alienæ erant à politia
Israël, nominabantur, Rom. 1. v.
14. & 16. cap. 2. v. 9. & 10: cap. 3. v. 9.

10 v. 12

MINIST: CHRISTI. 84

30. ψ . 12. 1. Cor. 1. ψ . 22. Gal 3. ψ . cap.
 28. Syrophænissa verò appellatur,
 quia natione non erat ex Græcia, sed
 ex Phœnicia, quæ est pars Syrtæ.
 Genere verò erat Cananæa, quod
 quidam intelligunt de Cana majori
 in tribu Aser, cujus termini Ios. 19.
 ψ . 28. usq; ad Tyrum & Sidonem
 pertingunt. Sed huic historiæ me-
 lius convenit, si accipiatur fuisse ex
 reliquijs Cananæorum, quos Deus
 noluit omnes extirpari, Iud. 3. ψ . 3.
 Ordinem verò historiæ Augusti-
 nus sic contexit. In domo, ad quam
 Christus ex itinere diverterat, Ca-
 nanæa primùm ad ipsum venit o-
 rans, Marc. 7. ψ . 25, Ea verò, quæ
 Matth. describit, in itinere gesta
 sunt. Colligitur ergo, post primam
 petitionem Cananææ, quæ in domo
 facta est, Christum statim, non dato
 responso, discessisse, & quasi tergum
 mulierculæ obvertisse: & hac oc-
 casione fides Cananææ ita accensa

F 3 est.

85 **DISTRIBVT: ANNOR:**

est ut in via iam non oret, sed clamat post Christum. In reliquis quæ sequuntur, ordo manifestus est. Est autem pulcerrima descriptio, quomodo fides non tantum à diabolo impugnetur, verum etiam cum Deo ipso in tentatione luctetur, sicut ostendit figura Gen. 22. v. 1. Tria autem genera tentationum hinc describuntur. 1. Quando ad orationem nostram Christus vel tacet, vel durius respondet. 2. Quando argumentum particularitatis ex doctrina prædestinationis obijcitur. 3. Quando indignitas nostra ex collatione aliorum exaggeratur, & quibus animis fides in his certaminibus se sustentet & eluctetur, hæc historia pulcerrimè describit. Et hæc in consinijs Palæstinæ, Phœnicia & Syriæ gesta sunt: Non autem ulterius progressus est Iesus in viam gentiū, sed statim reversus est ad mare Galilææ. Nō autem rectà eo itinere, quo secesserat

ferat, rediit, sed trans Iordanem, versus ortum, per fines Decapolis, cujus situs ex lib. 5. Plinij cap. 18. colligi potest. Hæc tam accurate descripta sunt, ut observari possit, sedem ministerij Christi, in dimidia ferme parte tertij anni fuisse in finibus gentium.

Illam verò topographiam pulcherrimam ostendit doctrinam, quod Iesus ad Decapolitanam regionem, unde Mar. 5. v. 17. contumeliosè expulsus fuit, redit. Ordo autem historiarum, quam Matthæus & Marcus describunt, sic se habet. In itinere, cum Iesus iret per fines Decapolis, adducitur ipsi surdus & balbus, in cujus sanatione multos peculiare ritus adhibuit, qui singuli, si rectè expendantur, utilem doctrinam præbent. Post hujus sanationem ascendit in montem juxta mare Galilææ, sicut Matthæus scribit. Interea verò turbæ famam, illam per totam regionem

spargebant: qua excitata tota multitudo, quoscunq; habebant male affectos, ad montem illum deferebant. Et dulcissima est imago, quod ægrotos abiiciunt ad pedes Iesus. Turbæ verò videntes tam multa stupenda miracula eodem tempore fieri, stupebant, dicentes: *Bene omnia fecit &c.* Quæ vox Gadarenorum calumniæ, qua miraculum Christi, Matth, 8. v. 34. in decapoli deformaverant, opponitur.

In eodem vero loco, tertio die editum est miraculum de septem panibus, Matth. 15. v. 32. & Marc. 8. v. 2. quod & doctrina & plerisque circumstantiis convenit cum eo, quod supra explicatum est. Duo tamen, quæ hujus historiæ propria sunt & peculiaria, annotabimus. Primum, sicut antea Iudæos, qui ex Galilæa venerant, quinque panibus in deserto saturavit: ita nunc Iesus, qui ex Decapoli & ex finibus Tyri & Sidonis,

MINIST: CHRISTI. 18

donis ipsum secuti erant, hoc est
gentibus, idem miraculum exhibet.
Secundum: In priori miraculo ma-
ior erat hominum multitudo, &
pauciores panes: hic plures sunt
panes, & minor multitudo homi-
num, tamen tantum septem sportæ
reliquiarum colliguntur. Docemur
ergo, virtutem Dei non esse alligatam
causis secundis, nec esse me-
tiendam ex medijs præsentibus.
Item, benedictionem externam non
semper esse æqualem, etiam ubi mi-
sericordia Christi ardentior est.

Sicut autem semper post insi-
gne aliquod miraculum Christus
ipse verum sensum & usum ejus
tradit, ita quæ mox sequuntur histo-
riã, eò pertinent. Sumit autem anti-
thesin ostendens, quàm facile &
variè in vero usu aberretur. Turbas
enim saturatas statim dimittit, &
ipse non diu manet in eo loco, sed
statim trañcit in Galilæam: ne scis

F 5 licet.



89 D I S T R I B U T : A N N O R :

licet sequatur abusus ille, Ioh, 6.
Mox verò cum repetiti illius miraculi fama totam Galilæam pervagaretur, Pharisei (licet in conscientia convicti) ut haberent, quod specie aliqua prætere possent, ut & ipsi tergiversarentur, & apud reliquos auctoritatem huius miraculi eleverent, tentantes petunt signū e cœlo.

Iesus verò tristem querelam, & gravem refutationem opponit, & relictis illis, tanta festinatione ad ripam ulteriorē discedit, ut discipuli obliviscerentur panem secum sumere. Inde verò sumit occasionem examinandi discipulos, quid ipsi de vero usu miraculi teneant. Facit autem hoc ita, quòd admonitionem de fugienda depravata pharisæorum doctrina, sub metaphora fermenti proponit. Et ita triplex oritur differentia. Turbæ errant ex ignorantia. Pharisei contra conscientiam id quòd intelligunt, depravant.

Apo

MINIST: CHRIST: 91

Apostoli verò cum sensum veræ doctrinæ teneant: tamen ex infirmitate, quando necessitas usum doctrinæ flagitat, hallucinantur. Christus verò & hoc reprehendit. Quia non satis est doctrinam tenere, sed præcipuum est, eam ad usum transferre. Utitur autem in reprehensione quatuor vocabulis *νοήτε, σινηέτε, μνησθόνεστε, ὀλιγόπιστοι*, quorum emphasis considerata, ostendit pulcherrimè, quomodo fides doctrinam ad usum transferre debeat: ut scilicet agnitio, diligenti animadversione, menti ita imprimatur, ut sequatur de usu seu praxi, & fides memoriam præteritorum beneficiorum ita conservet, ut inde concipiat fiduciam ad præsens & in futurum.

Porro in ordine historiarum sequitur miraculum, quod solus Marcus describit de cæco, cui Christus non

92 **DISTRIBVT: ANNOR:**

non confestim uno momento, sed
sensim, quasi per gradus, visum restitu-
it: quod pulcerrime ad ea, quae praee-
cesserunt, convenit. Voluit enim
Apostolis ad oculum, ut dicitur,
ostendere, gratiam Spiritus non
ita dari, ut statim sit absoluta, &
perfecta, sed habere ipsam suos
quasi gradus, quibus confirmatur,
crescit, & augetur, hoc modo, ut
quando accepta initia exercentur
& excoluntur, semper opus sit ora-
tione & manu Christi, hoc est, ope-
ratione Spiritus, ut alias dicimus.

Post hoc miraculum, cum es-
set in ulteriori ripa, quae opposita est
Galilaea, rursus egressus est ad fines
gentium. Caesarea enim Philippi, ad
radices Libani sita, promiscue habi-
tabatur & a Syris & a Iudaeis. Et cum
per vicos, qui ad Caesaream refere-
bantur, solus, tantum Apostolis
comitatus, iter faceret, substitit ali-
cubi orandi gratia. Et cum rursus
perge

MINIST: CHRISTI. 92

pergeret, accidit memorabilis illa
historia, de varijs hominum opinio-
nibus, de Christo: & de Apostolo-
rum confessione, quam Christus
facit fundamentum ministerij &
Ecclesiae. Multa autem capita com-
plectitur haec historia, quae digna
sunt observatione. Examen enim fi-
dei Christus ita instituit, quod non
tantum quaerit, quid ipsi Apostoli
sentiant, sed prius explorat, quam
diversae sint hominum opiniones, &
& quam varia vulgi iudicia de re-
bus fidei. Et haec ratio examinis
multa docet. Nos capita quaedam
annotabimus. Primò docet, fidem
debere non tantum rectè sentire:
sed ante omnia opus esse, ut se jun-
gat se ab omnibus alijs opinionibus.
Secundò, fidem non debere
perturbari, propter exorientes varias
hominum opiniones, & diversa
vulgi iudicia. Tertiò docet etiam eos,
qui bonam intentionem habent,
posse

98 D I S T R I B U T : A N N O R :

posse errare in fide, si fundamentum non teneant. Illi enim, de quibus hæc historia loquitur, non fuerunt hostes, nec Epicuræi, sed voluerunt honorificè de Christo sentire, & tamen errant. Quarto, ostendit hæc historia, homines dupliciter errare de Christo: vel de persona ejus, quod putent aliquem ex prophetis antiquis rediisse, vel de officio. Putant enim esse vel Eliam, vel Ieremiam. Quia Elias gladio interfecit Baalitas, & Ieremiæ i. Cap. v. 10. scriptum est, constitui te super gentes & regna, ut evellas, destruas, plantes, ædifices &c.

Eadem ratione observandum est, quæ sint capita Apostolicæ confessionis, cui ipse Filius Dei hic beatitudinem tribuit. Quia igitur Iohan. 17. v. 3. Filius Dei inquit: hæc est vita æterna, ut cognoscant te &c. Et Esa. 53. v. 11. Servus meus
justus,

MINIST: CHRIST: 94

justus, sui agnitione justificabit multos. Ideo in hac apostolica confessione, utrumque comprehenditur, & articulus Trinitatis, & agnitione Christi. Articulus Trinitatis, hoc modo positus est in hac confessione. Nominatur enim Deus vivens, & Filius Dei. Sed Iesus est Christus, hoc est unctus. Non autem unctus est oleo vel sacerdotali, vel regio, sed Spiritu sancto, Luc. 4. v. 18. Distinctæ igitur ponuntur tres personæ. Agnitione verò Christi duo capita habet in hac confessione: de persona scilicet, quòd Filius hominis sit Filius Dei viventis & de officio, quòd sit Christus Domini. Quæ appellatio complectitur omnia, quæ ad sacerdotium & regnum Christi pertinent.

Postremò præcipuè considerandum est, quid ipse Filius Dei de hac

98 **DISTRIBVT: ANNOR**

de hac Apostolica confessione prædicet. Quædam autem pertinent ad privatam credentium salutem: ut quod inquit, *Beatus es Simon*, ostendens homines aliàs perditos, fide hujus confessionis saluari. Et ejus fidei causam efficientem non esse carnem & sanguinem, sed illuminationem patris cœlestis. Quædam verò pertinent ad publicum ministerium: ut cum inquit, hujus doctrinæ & fidei confessio, licet nunc videatur ignobilis & obscura, tamen fundamentum erit Ecclesiæ, per totum terrarum orbem ædificandæ. Quæ quia apprehendit Christum, tanquam annulus gemmam, contra omnes, non mundi tantum & carnis, verum etiam inferorū portas consistet. Quia verò dixerat, *Pater meus revelavit*, Item, *Ego ædifico Ecclesiam meam*: ne enthusiastæ somnient futurum hoc sine medio aliquo, addit de ministerio Apostolorum

lorum

MINIST: CHRISTI. 96

lorum, quod suavissima metaphora
clavium, ministerio ligandi & sol-
vendi describit. Cujus doctrinae ex-
plicatio ad justam tractationem
pertinet.

In primis verò utilis est observa-
tio, qua ratione ea, quæ in toto
capite usq; ad finem sequuntur, cum
hac doctrina cohaereant. Est enim or-
do pulcerrimus, si observetur. Pe-
trus ediderat confessionem de per-
sona & officio Christi. Christus ve-
rò hoc loco primùm incipit aperte
concionari de passione & morte
sua, ostendens, fidem non tantum
in genere debere credere, Christum
esse redemptorem, propitiatorem &
vivificantem: sed hoc præcipuè
pertinere ad fidem justificantem,
ut statuatur, quomodo & qua ratio-
ne Christus sit propitiator, per mor-
tem scilicet, passionem & resurre-
ctionem suam. Et hoc membrum
adeò necessarium est, ut discipulis,

G cum

97 DISTRIBVT: ANNOR:

cum illud non rectè tenerent interdicit, ne de præcedenti confessione prædicent, Et quidem Petrum, qui à priori confessione non recedebat, cum articulum passionis Christi repudiaret, licet bona hoc faceret intentione: tamen non beatum pronuntiat, sed *Sathanam* appellat, & à se repellit, si perseveret. Et in illa asperiori reprehensione Petri egregius locus est de sapientia carnis,

Eadem ratione Christus etiam illud, quòd dixerat, *Beatus es Simon*, explicat. Apostolorum enim imaginationibus de Beatitudine, duo in hac vita expectanda opponit, idè convocata turba, ut sciamus ad omnes credentes hæc pertinere, 1. abnegationem sui, ut tradat se mihi, etiam si sensui, voluntati & affectibus suis contrarium sit. 2. tolerantiam crucis. Imponit autem hoc loco afflictionibus Ecclesie novam appellationem

MINIST: CHRISTI. 93

lationem, *crucis* scilicet, propter
quinque potissimum causas, 1. Quia
non leves & vulgares, sed in summo
& extremo gradu sunt Ecclesie
afflictiones, 2. Quia cum extrema
ignominia conjuncte sunt Eccle-
siae afflictiones, 3. Ut ostendat, nos
passionibus conformes fieri ima-
gini Filij Dei, Rom. 8. v. 29. & ejus
vestigia sequi. 1. Petr. 2. v. 12. affli-
ctiones nostras eadem appellatione
dignatur, qua ipsius passio descri-
bitur: exemplo viatoris, qui feliciter
precessit, & venit ad vitam.
Ebr. 12. v. 2. 4. Monet & hoc ap-
pellatio crucis, quod 1. Petr. 4. v. 13.
scriptum est, Nemo vestrum pas-
siatur, ut fur, homicida &c. Sed ut
Christianus, ut hoc nomine glorifi-
cet Deum, Nam supplicia furum,
non crux est, sed poena commea-
rita. Quod vero cum, in & ob bo-
nam causam obvenit & accidit,
cruce vere dicitur s. Hæc appella-
latio

99 **DISTRIBVT: ANNOR:**

latio docet, passiones credentium sanctificatas esse cruce Christi, ne sint signa iræ, sed indicia salutis, Phil. 1. v. 19. Fiunt enim sacrificia Deo placentia, si tolerantur in fide crucis Christi, sicut Origenes inquit.

Ne verò videatur Christus suis, quos statim ubi beatos pronunciauit cruce onerat, illudere, exponit causam: quòd scilicet hæc sit via ad veram, & æternam vitam. Et mentionem subiicit gloriosi aduentus sui ad iudicium, ut ostendat, Beatitudinem, de qua Evangelium concionatur, non sitam esse in commoditatibus huius vitæ, sed pertinere ad futurum seculum: & addit fore, ut mox quibusdam ex Apostolis in hac vita, gustus alius quis gloriæ regni Christi ostendatur. Hæc enim est parasceue ad historiam de Transfiguratione Christi.

Et observatio ordinis historiarum,

rum, huic præcipue loco, multum
 lucis addit. Monstrat enim & cau-
 sam & usum clarificationis Christi.
 Offensi enim & perturbati erant
 Apostoli prædicatione de passione
 Christi. Nō enim intelligebant, quo-
 modo passione incorruptio, &
 morte vita posset restitui. Et ratio
 in Apostolis idem iudicabat, sicut
 pontifices postea vociferabantur,
 Quomodo potest hic Salvator mun-
 di esse, qui se ipsum servare non po-
 test à sputis, flagris, cruce, &c. Mox
 igitur post prædicationem passionis,
 clarificatione ostendit, in illa sua
 carne, quæ passioni & morti expo-
 netur, gloriam, vitam, & potentiam
 inhabitare divinam corporaliter.
 Patitur ergo, non quòd passionem
 amoveri non possit, sed ut juxta
 Moïsis & Eliæ, id est, legis & prophe-
 tarum vaticinia Patri præstet obe-
 dientiam, & ita mundo mortuo
 vitam restituat sua morte. Quòd
 G 3 ideo



101 **DISTRIBVT: ANNOR:**

ideo fit: quia in illa carne, qua lace-
ratur, vita inhabitat corporaliter.

Ex hac sola observatione ordi-
nis, usus hujus historiae simplicissia-
me potest intelligi. Et quia talis his-
toria est, cujus similis non extat, de
glorificatione carnis Christi, quam
accepit ex hypostatica unione cum
divinitate, circumstantia ejus dili-
genter expendenda sunt.

Lucas ponit *Octo dies*, annumea-
rans & primum, quando praedicta,
& postremum, quando facta est
glorificatio, Matthaeus vero & Mara-
cus dicunt *post sex dies*, respicientes
tantum ad dies intermedios & com-
pletos.

Consideranda autem est primo
proprietas vocabulorum, quibus
describitur Clarificatio Christi: Sec-
cundo discrimen inter claritatem
faciei & vestium Christi; tertio qua-
re splendore lucis usus fuerit ad
ostendenda majestatem suam; quarto
unde

unde caro Christi gloriam illam habuerit. Hæc est prima pars historiae.

In secunda parte describitur: quod visi sint ibi discipulis etiam Moses & Elias, stantes apud Iesum in corporibus glorificatis, sicut Lucas inquit, Illorum enim corpora Deus peculiari modo reservavit, & quasi seposuit, sine dubio ad hunc usum 4. Reg. 2. v. 11. & Deut. 34. v. 6. Duas autem causas Lucas annotavit, quare Deus voluerit duos illos apparere in transfiguratione Christi. Prima, ut monstraretur discrimen inter glorificationem Christi corporis & reliquorum Sanctorum: item inter ministerium Christi, Moysis, & omnium prophetarum, sicut Paulus 2. Cor. 3. v. 11. ad hoc discrimen alludit. Secunda, ut ostenderetur consensus legis & prophetarum cum Christo. Colloquium enim ipsorum ostendit, finem legis &

103 DISTRIBUT: ANNOR:

prophetarum esse, Christum in suo excessu. Vocabulum enim Exodi diligenter observandum est. Sic enim vocant passionem & mortem Christi.

Tertia pars historiae narrat, quomodo affecti fuerint tres illi Apostoli, qui spectatores fuerunt hujus magnificentiae 2. Petr. 1. v. 17. Lucas dicit illos gravatos fuisse somno: quod simpliciter intelligi potest, fuisse tempus nocturnum, & orante, Christo, Apostolos dormivisse: sicut postea in horto. Chryso- stomus vero interpretatur, ex illa visione divinae & caelestis gloriae, quam caro & sanguis in hac vita sustinere non potest, factam fuisse resolutionem omnium virium & sensuum, ut quasi somno gravati discipuli nescirent, quid loquerentur. Et haec interpretatio planior est. Convenit enim cum illo, quod scriptum est Dan. 8. v. 18. & cap. 10. v. 8. Et

¶ 8. Et Esa. 29. ¶ 10. Gen. 15. ¶ 12.
de Abraham &c.

Observandum autem est, Deum ibi Apostolis gustum quendam præbuisse vitæ æternæ, & ostendisse, qualia ibi futura sint colloquia. Petrus enim dulcedine visionis & colloquij illius captus, cum videret Mosen & Eliam discedere, inquit, *Domine, bonum est nos hic manere &c.* Sed quia corruptibili carne adhuc circumdatus est, in ipsa visione gloriæ, nescit quid loquatur. Auris enim non audivit, oculus non vidit, &c.

Quarta pars hujus historiæ præcipua est. Ibi enim loquitur & Pater & Filius Mediator. Cum enim Apostoli nec sustinere, nec factis intelligere possent rationem gloriæ cœlestis, Deus nube quadam obumbrat ipsis: cujus ratio ex revelationibus in veteri Testamento factis discenda est. Cum verò Petrus

G s de con

105 **DISTRIBVT: ANNOR9**

de constituendis tabernaculis loqueretur, duo illi Moses & Elias ingressi sunt in nubem, non qualis illa erat, in quam Moses ingressus fuerat antea Exod. 24. v. 18. Sed in lucida nubem, ex qua mox Patris vox auditur: ut ostenderetur, ipsos iam frui clariori visione Dei. Hieronymus recte sentit, Mosen & Eliam ideo discessisse, & in nubem receptos fuisse; ut certum esset, quem vox Patris designaret. Potest autem vox illa Patris rectius considerari, si conferatur ad 20. cap. Exod, v. 19. & 18. Deuter. v. 15. Erat enim & ibi vox Dei: erat nubes: erat Moses mediator: sed cum natura peccatrix vocem irati Dei ferre non posset, sine intercessione Filij Dei Mediatoris, promisit Deus, se suscitaturum alium prophetam, promisit & aliam vocem. Et de illius suscitatione omnes prophetae post Mosen, vaticinati sunt. Ideo jam Pater in praesentia Mosis
& Elias

& Eliæ, prophetarum, prophetam illum renunciat, & ex ipsis verbis Moſis & prophetarum pſal. 7. Eſa. 42. v. 1. Deut. 18. v. 15. vocem ſuam contexit, qua complectitur deſcriptionem perſonæ & officij Chriſti Mediatoris.

Obſervandum autem eſt, quod Matthæus annotavit: quod Apoſtoli territi prociderunt in faciem, cum audirent vocem illam majeſtatis divinæ, licet eſſet vox non iræ, ſed gratiæ. Filius verò mediator, aſſumpta rursus exinanitione, alloquitur & apprehendit ipſos. Duo enim hæc pars hiſtoriæ docet: primò, quod homo peccator ſine Mediatore, cum nuda majeſtate divinæ agere non poſteſt, etiam ſi non vox iræ, ſed gratiæ audiatur. Secundò, ſi Filius Dei mediator gloriæ ſuam ſine exinanitione in officio ſuo exercuiſſet, ne illum quidem natura noſtra ferre poſtu iſſet. Et hinc intelligitur cauſa & ratio exinanitionis. Poſt

Post historiam transfigurationis Christi ordo manifestus est. Altera enim die, sicut Lucas inquit, rediit ad turbas & ad reliquos Apostolos. Evangelistæ autem tria narrant, quæ facta sunt interea, dum de monte descenderent, priusquam redirent ad turbas. Primum Christus prohibuit tribus illis Apostolis, ne cuiquam narrarent visionem illam glorificationis. Non autem simpliciter prohibuit: Sed ut expectarent tempus resurrectionis suæ. Tunc enim utiliter hanc visionem prædicari posse. Et hinc potest intelligi, propter quam causam Christus sæpe prohibuerit divulgationem miraculorum.

Secundò describitur infirmitas Apostolorum, etiam illorum, qui ad diuinum illud & cœleste spectaculum & colloquium admisi si fuerant. In via enim inter se conquirunt, quid sit Filium hominis à mortuis resurgere. Tertiò,

Tertiò, in illo etiam itinere Apostoli moverunt quæstionē hanc: Cum multas Scribarum traditiones Christus reiiciat ac damnet, an talis sit etiam illa traditio, quòd Eliam oporteat præcedere Messiam. Iesus verò respondet, non esse commentitiam Scribarum traditionem: sed esse veram scripturæ sententiam. Apostolis verò imaginantibus de Elia venturo in gloria, sicut in monte eum viderant, Christus respondet, vaticinium illud jam impletum esse in Iohanne Baptista. Et hæc in itinere gesta sunt.

Altera verò die post transfigurationem Christi, facta est historia de Lunatico. Et ordo historiarum pulcrè cohæret. In transfiguratione enim Christus ostendit, omnes thesauros cœlestium bonorum in se habitare. Sequenti verò die in historia Lunatici, ostenditur causa, quare ex illa plenitudine non omnes

nes

nes accipiant: Sed ad quosdam plane nihil, ad quosdam parum inde derivetur.

Tres autem sunt principales partes istius historiae. Prima est descriptio lunatici & sanationis eius: in qua illustre est exercitium Grammatices. Peculiaribus enim vocabulis utuntur Evangelistae, quae multa monent, si recte explicentur.

Secunda pars describit insidiosam disputationem Scribarum, cum Apostolis, in absentia Christi. Et circumstantiae ostendunt, quod haec fuerit disputatio: cum Apostoli tentarent, & non possent daemone illum eicere, coeperunt Scribae sugillare Christum, & eius miracula & Apostolorum, & per sugillationem miraculorum, ipsam etiam doctrinam Christi suspectam facere.

Tertia pars est principalis. Disputantibus enim scribis, gementem patre

MINISTRI CHRISTI in

te patre Lunatici, mirantibus Apo-
stolis, quòd non possent dæmonia
illum illud eijcere, Christus ostendit,
causam esse infidelitatem, & hanc
facit triplicem. Alia enim est infideli-
tas contumaciæ, ut in Scribis: alia
infirmitatis, ut in patre Lunatici:
alia, ut in Apostolis, quorum fides
vera quidem erat, sed securior &
frigidior, non ardens nec excita-
ta. Et observandum est, quomodo
hæc genera infidelitatis hîc descri-
bantur, quæ remedia singulis oppo-
nantur, quibusq; adminiculis fides,
sive infirma sive ociosa, excitanda
doceatur.

Post sanationem Lunatici, turbæ
ad memoriam revocantes omnia
Christi miracula, cœperunt gloria-
ri de ipso prædicare. Sed Christus
relictis turbis, cum solis Apostolis,
per Galilææ loca celeriter, latenter,
& quasi in transcurso circuibat.

Ea

112 DISTRIBVT ANNOR:

Ea enim est emphasis verbi παραπορεύσθαι. Appropinquante enim tempore passionis, fugit externam celebritatem, ut omnia convenirent ad summam exinanitionem.

Illum etiam secessum ideo designavit, ut Apostolos, qui illo vulgi applausu delectabantur, mature instituire posset de passione sua, cujus præludia mox essent inchoanda. Nam tertia jam fit mentio passionis. Et in illa concione, tria potissimum observanda sunt, Primo, quando animus titillatur vulgi admiratione, ponendam esse in auribus meditationem crucis. Secundo, verba illa, quibus passionem suam prædicebat, erant clarissima; tamen non intelligebantur ab Apostolis, quia præsumptæ ipsorum opinionioni repugnabant. Ita fit in multis locis doctrinæ Christianæ. Tertio, verba illa in auribus Apostolorum conservata, licet tunc non intelligebantur,

bantur, suo tamen tempore fructum attulerunt.

Post illam autem Galilææ peragracionem, appropinquante festo tabernaculorum, reversus est Capernaum. Et in illo itinere, agitata fuit inter Apostolos quæstio de primatu: de qua postea. Cum verò ingrederentur Capernaum, quia per dimidium ferme annum ibi non multum fuerat, exactores census, ipsum quidem Christum non audent interpellare, sed Petrum, qui civis erat Capernaïticus, seorsim compellant. Petrus verò ita respondet, ut colligi inde possit, Christum antea solitum fuisse didrachma solvere. Porro, quia videri poterat, cum spe redemptiōnis per Messiam futuræ pugnare, si illum censum, qui quasi professio erat servitutis, persolveret, statim cum in domum disvertisset, prævenit Petrum, & per modum inductionis ostendit, se ut

H filium

¶ **DISTRIBVT: ANNOR:**

filium aeterni regis, cuius magistratus minister est, non obligatum esse ad subiectionem magistratui praestandam. Et mox idem ostendit stupendo miraculo, in mari & pisce, deducens cogitationes Apostolorum ad psalmum octavum: ut ita ostendat, se non ex infirmitate, aut necessitate servituri subiectum esse, sed hanc esse exinanitionem, quod servi forma sumta, jure suo abstineat, & potestatem divinam occultet. Observanda etiam sunt vocabula, quibus census ille describitur.

Porro post solutionem didrachmarum, in eadem domo facta est explicatio quaestionis de primatu. Quae disputatio in itinere occasionem sumferat ex praedictione Christi, de passione & resurrectione sua. Narrationes vero Evangelistarum, quae dissentire videntur, ita simplicissime possunt conciliari. In itinere, sicut Marcus dicit, Apostoli disputabant

Disputationem illam separatim inter
 se moverunt. Christus verò videns
 cogitationem cordis ipsorum, sicut
 Lucas inquit, cum Capernaum
 ingressi in domum venissent, inter-
 rogavit illos, quid in itinere disputa-
 tassent inter se. Illi verò præ pudore
 primùm siluerunt. Cum verò con-
 sedissent, tandem ex reverentia
 erga præceptorem accesserunt, &
 exposuerunt, sicut Marcus inquit,
 hanc disputationem fuisse: *quis ma-
 ximus inter ipsos futurus esset in regno
 cælorum.* Christus igitur commens-
 daturus humilitatem, & ostensus-
 rus, quàm noxia sit ambitio in Ec-
 clesia & regno Dei, non verbis tan-
 tum agit, sed ut magis percellat dis-
 cipulorum animos, puellum sta-
 tuit in medium, & pronuntiat,
 hunc esse verum primatum in Ec-
 clesia, quem credentes affectare
 debeant: ut fiant, sicut pueri: Quæ

H 2 similis

216 DISTRIBVT: ANNOR:

similitudo, quomodo & qua tenus
sit intelligenda, colligi potest ex his
locis 1. Cor. 14. v. 20. Eph. 4. v. 14. 1.
Cor. 3. v. 2. 1. Pet. 2. v. 2. Matth. 11. v. 25.
Imò denuntiat, nisi deposita ambitio
ne, ad humilitatem puerilem conver
tantur, non habituros ipsos ullū lo
cum in regno cœlorum. Docet præ
terea infirmos in Ecclesia non con
temnendos, sed sublevandos esse.
Id quod amplexu pueri, & in fine
multis argumentis ostendit, de cus
todia angelorum, de voluntate
Patris, de officio Filij hominis, &
similitudine perditæ ovis. Horren
dam igitur pœnam minatur illis,
qui ex superbia & contemptu, infir
mos in Ecclesia offendunt.

Porro, quia de puerulis recipi
endis ita concionatur, ut Apostoli
facile intelligant, ipsum non tan
tum de illis, qui ætate sunt pueri,
loqui: Iohannes igitur proponit
quæ

MINISTRI CHRISTI. 117

quæstionem de quodam, qui cum publicè non sectaretur Christum, tamen in nomine ipsius eiciebat dæmonia, an esset prohibendus? Et hæc pars historiæ explicat, quos Christus intelligat pulillos, & quomodo velit ipsos non offendi, sed recipi. Ab hac verò hypothesi transit ad thesin, & in genere de Scandalo gravissimè concionatur.

Postremum semestre ministerij Christi.

Hactenus à tertio paschate ministerij Christi ordinem historiæ Evangelicæ progressu facili contexamus. Tres enim Evangelistæ in ordine historiarum manifestè consentiunt. In illis verò, quæ nunc usq; ad historiam passionis sequuntur, difficilius videtur de ordine certi aliquid constituere. Magna

H 3 enim

118 DISTRIBVT: ANNOR:

enim apud illos, qui Harmonias conscripserunt, diuersitas est. Sed si mediocris adhibeatur circumstantiarum consideratio, ratio ordinis simplicissimè hoc modo deprehendi poterit.

Post tertium festum paschatis, (cujus fit mentio Ioh. 6. v. 4.) usq; ad festum tabernaculorum (id est, usq; ad Septembrem) Christum non fuisse profectum in Iudæam, sed mansisse in Galilæa, Ioh. 7. cap. v. 1. disertè ponit. Historias verò illius temporis non annotavit: quia vidit eas à reliquis Evangelistis descriptas. Quæ igitur in Matthæo, Marco, & Luca, post miraculum de quinque panibus, in Galilæa facta esse scribuntur, pertinent ad tempus, intra tertium festum paschatis, usq; ad festum tabernaculorum. Et ordine progrediuntur illæ historiae, usq; ad contentionem de primatu, & concionem de scandalo.

Postea

MINISTRI CHRISTI. 119

Postea Marcus statim transit ad ea, quæ trans Iordanem, non diu ante postremum pascha acciderunt. Sed Lucas scribit, Christum suscepta ultima illa profectioe, prius peragrasse Galilæam, & Samariam. Et Ioh cap. 7. v. 10. discretè dicit, inter ultimam illam profectioem, quæ apud Lucam describitur, & inter ea, quæ hæctenus in Galilæa facta esse diximus, Christum Ierosolymas ad festum tabernaculorum profectum, inde rediisse.

Ordo igitur simplicissimè ita potest constitui: Quæ post tertium festum paschatis in Galilæa gesta sunt, hæctenus annotavimus: post illa verò sequi debet festum tabernaculorum, Ioh. 7. v. 2. cum historijs sequentibus. Et festum illud ubi collocandum sit in contextu Marci & Lucæ, ex illis quæ diximus,

H 4 manis

170 **DISTRIBVT: ANNOR:**

manifestum est: scilicet statim post
historiam expellentis daemonia
apud Lucam, & concionem de Scandalo
apud Marcum. In Matthæo
tantum hæc quæstio est: An concio
de remissione fraterna, & parabola
sequens Matth. 18. v. 23. ponenda
sit ante festum tabernaculorum?
Sed ex 17. Cap. Lucae v. 3. colligitur,
postremam hanc partem. 18. Capitis
Matthæi, pertinere ad ultimam pro
fectionem Christi, post festum
tabernaculorum. Hæc consideran
tibus manifesta sunt.

Iohannes igitur à festo tabernaculorum, continuam historiam trium mensium, à reliquis præteritam, persequitur. Addit enim certam notationem temporis, à scenopagia mensis Septembris cap. 7. v. 2. ad Encænia in fine mensis Novembris cap. 10. v. 22. Decembris igitur mense Christus ex Iudæa disvertit trans Iordanem, & ibi aliquant

quandiu mansit, Ioh 10. v. 40. in fine. Postea suscepta est ultima profectio, in qua, quid in Galilæa & Samaria gestum sit, solus Lucas describit, à 9. cap. usq; ad 18.

In postremo deinde mense conveniunt quatuor Evangelistæ, quos modo relicta Galilæa trans Iordanem profectus, inde ascenderit Ierosolymam ad passionem. Ex hac commonefactione, series historiarum simplicissimè potest constitui.

Post ea igitur, quæ Capernaum Matth. 18. v. 35. Marc. 9. v. 50. & Luc. 9. v. 56. gesta sunt, cœpit appropinquare festum tabernaculorum, cuius historiam Iohannes diligentissimè descripsit. Quæstio enim, *An hic Iesus sit Messias*, hæctenus Ierosolymis nunquam agitata fuit tanta animorū contentione in utramq; partem, sicut in hoc festo, in maxima populi frequentia, ab omnibus factitatum legimus. Tempus enim

H s manis

III **DISTRI BV T: ANNO R:**

manifestationis appropinquabat, & forsā occasionem præbuit ratio festi. Quia igitur Christus per satis longum temporis spacium, non fuerat vel Ierosolymis, vel in Iudæa, cognati ipsius & suas cogitationes, & vulgi sermones ad ipsum deferunt. Summa autem hæc est, Si velit Messias esse, non debere ipsum ita inglorium in obscuro Galilææ loco, inter paucos ignobiles versari. Sed petendam esse Ierosolymam, præsertim in hoc festo, ut ibi manifestatus, toto mundo applaudente & suffragante Messias suscipiatur. Et hæc fratrum disputatio cum Christo, multos insignes locos complectitur, de ratione regni Christi in hoc mundo, & de iudicio humanæ rationis. Christus enim respondet, tempus suæ manifestationis nondum venisse, & etiam cum venerit, non fore talem manifestationem, qualem ipsi somniabant.

totid

MINISTE CHRIST: 123

toto scilicet mundo applaudente
& suffragante. Quia, inquit, *mundus*
me odit: ideo, quia totum meum
ministerium, est testimonium con-
tra mundum, quòd omnia ipsius o-
pera mala sint. Non igitur cum fra-
tribus, sed postea *ascendit ad festum,*
quasi in occulto: hoc est, non trahens
secum magnum comitatum, non
reddens iter concionibus & mirac-
culis celebre, idq; ideo, ne videretur
carnale consilium cognatorum
sequi. Et præterea hæc est pars exi-
nitionis.

In primis autem quatuor die-
bus festi, Iudæi, hoc est primores
Iudzorum (nam mox opponuntur
turbis) cum viderent Iesum non
adesse, existimabant hac ratione
ministerium ipsius posse suspectum
reddi apud turbas, quòd quasi causa
sua non fidens, fugiat homi-
num conspectum. Movent igitur
& con-

184 **DISTRIBVTI ANNO R9**

& contumeliosè spargunt inter tur-
bas illam quæstionem, *Vbi nunc est
ille?*

Sed hac occasione excitata fue-
runt studia populi, quibusdam pro-
bantibus, alijs improbantibus ipsũ.
Quòd verò Iohannes dicit, *nemo
palàm loquebatur de ipso*: Augustinus
rectè interpretatur, quòd illorum,
qui æquiores erant Christo, vix tes-
tues susurri audiebantur, propter
metum Iudæorum, cum alijs strenuè
& magna voce contra ipsum cla-
marent.

Quarto verò die festi, occupa-
tionibus ceremoniarum absolu-
tis, ex improvise ascendit in tem-
plum & docuit. Et verba quidem
concionis non describuntur. Dicit
autem Iohannes, omnes admiratos
fuisse. Quod dupliciter intelligi pos-
test: vel de illis, qui minus malè ve-
rè mirabantur; vel de principibus
Iudæorum, qui cum aliud non pos-
sent,

MINIST: CHRISTI. 115

sent, hæc obijciebant. *Quid potest ille
boni docere, cum literas non didicerit?* In
de verò Iesus sumit occasionem
differendi de sua persona, ministe-
rio & doctrina.

Et Iohannes capita disputatio-
nis, usq; ad ultimum diem festi, hæc
annotavit.

Primò rationem reddis, quas
re noluerit in Scholis educari & li-
teras discere: ut, cum scilicet sine li-
teris repente excellentissimus do-
ctor prodierit, testimonium esset,
doctrinam suam non in terra ab
ab hominibus excogitatam, sed e
cælo, ex sinu patris allatam.

Secundò docet, nemini sine
exceptione credendum: sed unius
uscujusq; doctrinam examinans
dam, an sit ex Deo, an verò à seipso
loquatur.

Tertiò factum suum Ioh. 5. v. 9.
quòd in Sabbatho paralyticum san-
naverat, ita defendit: ut simul ostens-
dat,

120 **DISTRIBVT: ANNOR:**

dat, quare præter legem, opus sit doctrina & promissione Evangelij. Quia scilicet nemo ex vobis facit legem. Et circumcissione, quæ ex patribus est, quia sæpe in Sabbathum incidebat, dicit ostensum esse, legem iustitiæ fidei cedere, & per eam impleri.

Quartò, Iudæi miraculis convicti, cum aliud non possunt, hoc opponunt: magnificis descriptionibus Meissia, quæ in Prophetis extant, hunc Iesum non respondere. Ponit igitur descriptionem personæ suæ: non tantum sum, quod vos nostis, scilicet homo, sed sum à Deo, & ab ipso missus: & causam missionis explicat.

Quintò, cum adessent comprehensuri ipsum, de morte sua concionatur, quia, ne credentes offenderentur, adjungit de glorificatione sua, & reprobatione Iudæorum,

Sextò

MINISTRI CHRISTI. 127

Sexto, notandum verò est,
quanta sit dissimilitudo auditorum.
Quidam mirantur: quidam rident:
quidam calumniantur: quidam
maledicunt: quidam persequuntur:
& tamen in tam tristi colluvie
Messias habet suam Ecclesiam.
Multi enim ex turba credunt, sed
valde infirma est agnitio: quam
tamen S. sanctus dignatur appella-
tione fidei, quod bene notandum
est.

Porro, ultimo die festi publici
ministri jam plane se accixerant
operi, comprehensuri Christum:
& principes Iudæorum jam in sy-
nedrio congregati erant, expectan-
tes ut adduceretur Christus. Sed
sola concione ejus, cum quidem
tunc nullum ederet signum, im-
petus ille in ministris ita fractus fu-
it, ut reversi agnoscerent & confite-
rentur divinam potentiam verbi
Christi.

128 **DISTRIBVT: ANNOR:**

Christi. Qualis verò fuerit illa con-
cio, Iohannes capita tantum anno-
tauit: quæ ideo diligentius sunt
consideranda, quia efficaciam eius
etiam hostes senserunt & confessi
sunt. Summa autem hæc est: In
Christo esse fontem vivum: quòd
autem non omnes ex illa plenitu-
dine accipiunt, inde fit, quia non
omnes sitiunt. Qui verò sitit, non
alibi quærat ievationem, sed rectè,
inquit Christus, ad me veniat. Ex
mea enim plenitudine accipiet, ut
& ipse habeat in se fontem aquæ
vivæ, salientis in vitam æternam,
Ioh. 4. v. 14. & flumina etiam foras
deriventur ad proximum. Et hæc
est historia festi Tabernaculorum.

Deinceps jam ostendemus in
Iohanne Harmoniam Historiarum,
usq; ad festum Encæniorum. Quia
igitur per illud tempus Iesus con-
tinuè fuit in Iudæa, circa Ieroso-
lymas, Iohannes cap. 8. v. 1. hoc ita
factum

factum esse dicit, quòd non pernoctavit in urbe, sed vesperi exiit ad montem Olivarum, manè verò rursus rediit ad templum. Quaedam ergo die post festum tabernaculorum, cum doceret populum, facta est in templo historia de adducta muliere adultera ad Iesum: quam historiam Latina Ecclesia semper recepit, licet Græci de illa quædam disputarint. Est enim analogia fidei, & doctrinam pulcherrimam continet, unde tamen pontificij & Anabaptistæ multa absurda & falsa extruxerunt, (quorum illi asserunt, adulterium non posse puniri sub lege gratiæ: hi verò tollunt jurisdictionem politicam, quia nemo sit absq; peccato) propterea quòd statum disputationis inter Christum & Phariseos non rectè considerarunt. Pharisei enim ægre ferebant, se cum sua sanctitate à Christo taxari, peccatores verò poenitentes

tentes, quos lex damnat, recipere. Adulteram igitur in ipso facinore deprehensam, ad ipsum adducunt, ut hoc infamiae exemplo convincere possent, ipsum esse aduersarium legis divinae. Christus verò peculiari quadam ratione ostendit, legem accusare & damnare, non hanc tantum adulteram, sed ipsos etiam pharisæos. Et Messiae officium in Evangelio esse, non politicum, nec damnare peccatores poenitentes, sed salvare. Vt autem simul et hoc ostendat, se non probare peccata: addit, *Noli amplius peccare.* Hac consideratione status adhibita, historia plana erit.

Quo ordine verò post absolutionem adulteræ, historiae usque ad sanationem cæci Ioh. 9. v. 1. cohaereant, planum ac manifestum est, si hoc tantum observetur: non continue eadē die, omnia illa facta esse, quæ Ioh. 8. describuntur. Pharisæi enim

enim discesserant, & postea cum
 ipsis disputat. Particula enim *πάλιν*
 seu *rursus* significat, quod alio die
 post absolutionem adulteræ, cæpe-
 rit pharisæis & populo concionari:
 primò de persona sua: Secundò de
 officio suo. Hæc acta sunt in Gazos
 phylacio circa templum: *πάλιν*,
 hoc est, post illam concionem, alio
 tempore, rursus instituit repetitio-
 nem & plenioram declarationem
 eorum, quæ proximè dixerat. Mulu-
 tos autem locos tractat in illa repe-
 titione de sua persona & officio
 suo. Item de antiquitate & efficacia
 verbi sui. Et ideo observanda
 est grammatica phrasis *τὴν ἀρχὴν*.
 Præcipuè verò doctrina de peccato
 originali, quid sit, de causis & effe-
 ctibus ejus, nullibi in tota Evan-
 gelica historia tam multis & tam
 clarè explicat, sicut in hac parte
 concionis: *Vos estis è mundo, Ego non
 sum &c.*

138 DISTRIBVT: ANNOR:

Hac verò concione Iudæi ita
exacerbati sunt, ut post convicia las-
pides tollerent. *Iesus verò abscondit se,
& exiit e templo.* Quid ita intelligo,
ut ordinem monstret: quòd scilicet
non redierit singulis diebus ad tem-
plum, sed aliquandiu se absconde-
rit. Interea verò Pharisei, dum exis-
timant, Iesum quasi latebras quærere,
primam constitutionem fecerunt
de excommunicatione, si quis Chris-
tum confiteretur Ioh, 9. v. 22. Sed
tunc noluit amplius latere, ne vis-
deretur confessionem fugere. Sed
Sabbatho quodam redijt, & edito
illustri miraculo, in eo, qui ex nati-
vitate cæcus erat, populum excita-
vit: & inter ipsos etiam phariseos
schisma secutum est. Et pulcrum est
exemplum ostendens, non timen-
da vana fulmina excommunica-
tionis falsæ Ecclesiæ, ob confessio-
nem Evangelij. Cum enim cæcus
propter confessionem Christi ex-
com

communicatus esset: Iesus audiens hoc, quærit ipsum, & ad pleniorē cognitionem ipsum deducit, ad quam fortē non fuisset progressus, si non fuisset ex Synagoga eiectus.

Ex illa verò censura Ecclesiasticā Christus sumit occasionem, & affirmat, ad se pertinere iudicium, quòd quidam recipiuntur in Ecclesiam seu regnum cœlorum, quidam verò excluduntur. Addit autem, se iudicium illud mirabiliter exercere: ut cæci videant, qui vident, cæci fiant. Pharisei verò, quia prophetae & doctores olim vocabantur *Videntes* 1. Sam. 9. v. 9. & *Speculatores* cæci reprehenduntur Iesa. 42. v. 19. & 5. 6. v. 10. & 59. v. 10. tecte, opponunt suam ordinariam vocationem, ad quam auditores alligatos esse volunt. Ad hanc obiectionem, quia speciosa est, Christus longa oratione respondet, repetita metaphora illa de pastoribus & ovibus, quæ

34 **DISTRIBVT: ANNOR:**

frequentissima est apud Prophetas, Efa. 56. v. 11. Ezech. 34. v. 2. Nahum. 3. v. 18. Zach. 13. v. 7. ostendens oves debere audire & sequi non alienos, & malos pastores, sed veros & bonos. Et notas describit, quibus verus pastor & bonus discerni debet ab alieno, à mercenario, lupo, fure & latrone. Et quia Deus promiserat, rebus omnibus per malos pastores collapsis, se suscitaturum unum verum bonum pastorem, Messiam scilicet: Iesus affirmat, se esse illum bonum pastorem, de quo exstant promissiones v. 11 Efa. 40, Ezech. 34. v. 23. & 37. v. 24. & officium suum ita describit, ut illud distinguat ab omnibus alijs etiam bonis pastoribus.

Post hanc concionem usq; ad festum Encaniorum, Iesus nihil legitur publicè docuisse: sed describuntur, quæ interea fuerint in populo iudicia, de doctrina & miraculis ipsi us.

ipsius. Cum verò Encania celebra-
 rentur, non Mosis, quæ fuerunt pri-
 mò die primi mensis, Num. 7. v. 1.
 Exod. 40. v. 1. nec Salomonis, quæ
 circa festum tabernaculorum fue-
 rant, 2. paral. 5. v. 3. 3. Reg. 8. v. 2. nec
 Zorobabelis, quæ fuerunt 3. Febr.
 1. Esdr. 6. v. 5. sed Macchabæi.
 1. Macch. 4. v. 52. Iohannes enim ad-
 dit, fuisse hyemem: rediit Iesus ad
 templum. Ibi verò Iudæi propo-
 nunt ipsi quæstionem, ut disertè pro-
 fitetur, *an sit Messias*. Respondet au-
 tem, se jam per triennium, quæstionē
 istam & doctrina explicasse, & mi-
 raculis confirmasse: sed ipsos nec
 doctrinæ, nec miraculis credere. Ne
 verò credentes turbentur, cum vide-
 ant primores Iudæorū non credere,
 addit, ipsos non esse ex ovibus suis,
 & recitat privilegium ovium suarū:
 quod inde pendere dicit, quia ipse
 unū sit cū Patre. Hoc verò Iudæi ut
 blasphemiam lapidibus vindicandā

136 **DISTRIBVT: ANNOR:**

esse censent. Sed Iesus defendit se
ex Psal. 82. v. 6. Ibi verò Iudæi vo-
lebant ipsum comprehendere, sed
divina virtute evasit manus ipso-
rum; & relicta Iudæa contulit se in
Petream, quæ sub Herodis ditione
erat.

Finis tertij anni ministerij Christi.

*Quartus annus ministerij
Christi.*

EX his, quæ in principio de distri-
butione annorū ministerij Christi
annotavimus, non obscure colligi
potest, historiam de Encænijs face-
re finem tertij anni ministerij Chris-
ti. Celebrabantur enim per octo die-
es, & 25. Novembr. inchoabantur.
Initium igitur quarti anni minis-
terij Christi constitui potest, vel
eum post Encænia Iesus discessisset

ex Iu

ex Iudæa: vel certè mox post disces-
sum illum Ioh. 10. v. 39.

Quæstio autem est, quomodo
investigari & deprehendi possit or-
do historiarum in hac parte quar-
ti anni, usq; ad historiam Lazari.
Illud verò simpliciter & facile po-
test fieri, si consideretur, quomodo
Evangelistæ quasi distributis operis,
descriptiones inter se partiantur. Io-
hannes enim post Encæniam mox
digreditur ad historiã Lazari. Mat-
thæus verò & Marcus describunt,
quomodo Iesus venerit ex Galilæa
trans Iordanem, priusquam iret Be-
thaniã. Sed Lucas solus longam
textit historiam à 9. cap. usq; ad 18.
quomodo in ultima profectio-
ne versus Ierosolymam, priusquam
veniret trans Iordanem, peragrã-
rit civitates & castella, per medi-
am Samariam & Galilæam. Nec
tamen mox post festum Encænio-
rum, initio quarti anni suscepta
fuit

I s fuit

fuit ultima illa profectio Luc. 9. v. 51. Ordo igitur simplicissima ratione ita constitui potest.

Ad initium quarti anni ministerij Christi pertinet postrema pericope decimi capitis in Iohanne. In Bethabara, ubi Iohannes primum baptizavit, aliquandiu mansit: idque propter duas causas. 1. Quia propter loci commoditatem undique multi ad ipsum convenire poterant. Erat enim ibi trajectus. 2. Ut ipse locus populo in memoriam revocaret doctrinam & testimonia Iohannis Baptista de Christo. Hoc enim Evangelista diuertè annotat ut factum esse,

Inde verò ex Petraea digressus est in Galilæam. Quando enim suscipit ultimam profectionem Luc. 9. v. 51. jam est in Galilæa. Et simplicissima est ratio, si historiae illae in certa quaedam membra, ratione

tione locorum distribuuntur. In principio igitur quarti anni in Petraea aliquandiu mansit Ioh. 10. v. 40. Secundo profectus est in Galilaeam, & ibi forsan per aliquod tempus, priusquam susciperetur ultima profectio, commoratus est. Tertio, instituit ultimam profectionem ex Galilaea, versus Ierosolymam. Et quia illa profectio a solo Luca prolixè descripta est a cap. 9. usq; ad 18. De ordine igitur historiarum profectiois illius, omnia sunt plana, si haec duo tantum observantur. I. Christum in illa profectioe, non recta, perrexisse Ierosolymam, sed sicut Lucas inquit cap. 17. v. 11. ibat per mediam Samariam & Galileam. Et cap. 13. v. 22. docens per singulas civitates & castella.

Multum igitur Lucis accedet illis historijs ex hac observatione, quod Christus in ultima sua profectioe instituit

instituit quasi vilitationem per omnia loca, in quibus hactenus per triennium docuerat valedicturus suis auditoribus. Altera observatio est, quod Christus in illa sua valedictione studiosè instituit repetitionem totius doctrinæ, quam per triennium tradiderat. Hinc enim factum est, quod Lucas multas conciones Christi refert ad tempus ultimæ ipsius profectiois, quas reliqui Evangelistæ describunt in primis annis ministerij Christi. His duabus observationibus præmissis, ratio ordinis historiarum in ultima profectioe Christi plana est ex descriptione Lucae.

Ex Galilæa enim primum movit, quando illam ultimam profectioem instituit; & mox pervenit ad fines Samariæ. Repulsis autem primis nuncijs designavit alios Septuaginta; & cum in finibus Samariæ, quasi in medio Palestinæ
esset,

esset dimisit eos circumquaq; in Galilæam, Samariam, Iudæam, & Pæstræam. Illi verò ita prædicarunt regnum Dei, ut simul nuntiarent Iesum ipsum, suscepta jam ultima profectio, venturum ad singulas civitates & castella, ut quasi valediceret ipsis. Et quia 70. illi, distributi erant in 35. paria brevi tempore, potuerunt illam legationem absolvere. Reversis verò septuaginta, legisperitus tentans proposuit quaestionem de lege. Luc. 10. v. 25. & tunc Christum fuisse in finibus Samariæ, versus Iudæam, illæ circumstantiæ significare videntur. Primò, quòd in historia vulnerati mentio nem facit Samaritani. 2. Quia loquitur de itinere ex Ierosolymis versus Hiericho, quæ non longè ab illis finibus sita fuit.

Narrat autem Lucas cap. 10. v. 38. Iesum post hæc, in illa profectio venisse in castellū quoddam, in quo

142 **DISTRIBVT: ANNO R:**

In quo fuit domus Marthæ & Mariæ. Atqui Iohannes cap. ii v. 1. disertè dicit, Castellum illud esse Berhaniam, quæ respectu Samariæ & Galilææ, ultra Ierusalem per stadia quasi 15. sita fuit. Colligitur itaq; ex hac descriptione, Christum in ultima illa sua profectioe progressum ex Galilæa, transiisse Samariam, & postea peragrassè Iudæam, quasi circumeundo Hierosolymam. Cum] autem in domo Marthæ esset] propè Ierosolymam, ad quam iter suum instituerat: tunc tamen eam non est ingressus. Nam non multò post rursus invenitur in Galilæa, sicut hoc ostendit Lucas cap. 13. v. 1. & 17. v. 11. Ergo præterita: Ierosolyma, ex Iudæa rursus in Galilæam reversus est per samariam. Et hoc Lucas significare voluit, cum cap. 17. v. 11. in hac profectioe Christi, Samariam præponit Galilææ, inquiring, *Dum iret Ierosolymam transibat*

sup m

per

per mediam Samariam & Galileam.

Ex his igitur circumstantiis colligi potest, qualis fuerit ratio ultimæ illius profectionis. Quia enim volebat civitates & castella docendo peragrarare Luc. 13. v. 22. sumsit primum unam partem in Galilæa & Samaria & Iudæa, quam visitando peragravit. Postea circumiens Ierosolymam, per alteram partem Iudææ & Samariæ rediit in Galileam, ut ita totam illam regionem, visitatione sua obiret.

Hæc est simplex consideratio ultimæ profectionis Christi, ratione locorum. Quod autem attinet ad conciones, disputationes & miracula ultimæ hujus profectionis, simplicissimum est, si eo ordine hæc facta accipiantur sicut à Luca describuntur à 9. cap. usq; ad 18.

Hoc modo ratio hujus profectionis Christi, ordo historiarum & concionum simplicissimè animo comprehendi potest. Vtilis

Ma
di
esse
ria
ta
aq
in
ese
ris
m,
m.
hæ
ad
nc
m
in
as
a:
a
n.
m
ri
na
at
er

Utilis autem est & hæc consideratio, quòd illis repetitionibus, quæ in historia hujus profæctionis describuntur, Christus voluerit ostendere, quæ ipse iudicârit præcipua capita doctrinæ suæ: quæ scilicet peculiari studio in ultimo actu ministerij sui inculcavit & repetivit, ab instituta scilicet sua ultima profæctione usq; ad passionem. Et utile est capita illa repetitionis quasi in tabella proposita, semper in conspectu habere. Id quod in illa parte historię, quam nunc tractamus, ita facile fieri potest, si sequamur ordinem Lucæ, à cap. 9, usq; ad 18.

Post illam verò partem ultimæ profæctionis per Samariam & Galilæam, quam solum Lucam descripsisse diximus, conveniunt Matthæus, Marcus & Lucas, sed hoc discrimine: quòd Lucas tantum ordinem historiarum contexit, Matthæus verò & Marcus rationem

nem itineris notatione loci descri-
bunt. Quòd scilicet post hæc dis-
gressus sit ex Galilæa in Petræam.
Nec verò statim recto itinere ex Pe-
træa Ierosolymas profectus est: sed
& ibi Ecclesias peragravit docendo,
sicut Marcus inquit, & sanando,
sicut Matthæus scribit. Et ibi accide-
runt quinque memorabiles historiæ
1. Disputatio de repudio: qua oc-
casione Christus explicat doctri-
nam de matrimonio & cœlibatu.
2. Disputatio & doctrina de infan-
tibus Christo afferendis. 3. Examen
de vera & perfecta legis impletio-
ne. 4. De divitijs. 5. De præmijs bo-
norum operum, addita gravissima
admonitione contra opinionem &
fiduciam dignitatis & meriti.

Post hæc Matthæus, Marcus,
& Lucas incipiunt describere pros-
fectionem Christi ex Petræa trans
Jordanem in Iudæam, sed huic des-
criptio

K

scriptio

46 DISTRIBVT: ANNOR:

scriptioni inferenda sunt, quæ Ioh. XI. describuntur. Quando enim Christus nuncium accepit de morte Lazari, nondum est in Iudæa Ioh XI. v. 3. & 7 Ordo igitur ita cohærebit. Post illa, quæ in Petraea acta esse diximus, accepit nuncium de morbo Lazari: & post acceptum nuncium, biduo adhuc manet in Petraea: interea Lazarus moritur: & tertia die instituit iter, ex Petraea in Iudæam, ita ut quarto die veniat Bethaniam.

Illius autem bidui iter, Matthæus, Marcus & Lucas diligenter descripserunt. Primo enim die facta est historia de petitione filiorum Zebedæi, cui opponit concionem de conditione regni sui. Christus circa vesperam ejus diei, cum appropinquaret Hiericho, sanavit cæcum. In ingressu verò Hiericho, accidit historia de Zachæo.

Altero

Altero die cum ex Hiericho egrederetur, in ipso egressu Barthimæum cœcum sanavit. Progressus deinde in via, alios duos sanavit: de quibus Matthæus scribit. Cum verò jam essent propè Ierosolimam & ipsi putarunt, mox manifestandum regnum Dei, dixit illis parabolam de nobili peregrè abeunte. Deflexit autem ab Ierosolyma Bethaniam, & ibi Lazarum suscitavit. Illa verò occasione Synedrium Ierosolymitanum primum decretum fecit: Iesum esse occidendum.

Non autem tunc statim ingressus est Ierosolimam, sed quasi occultans se in regionem propè desertum secessit. Illam verò secessionem Ierosolimys calumniabantur esse timiditatem & fugam. Et pontifices ita animosiores facti, secundum edictum proponebant: ut, si quis sciret, ubi esset, indicio eum proderet.

K 2 Tunc

Tunc igitur sexto die ante pascha redijt Bethaniam, & ibi non in occulto, sed tam manifestè versabatur, ut ex Ierosolymis multi peregrinorum ad ipsam excurrerent. Vnde tertium fit decretum, de occidendo simul & Christo & Lazaro.

Quinto vero die ante pascham, ingressus est Ierosolymam, cuius historiae & sequentium harmonia à Pomerano descripta extat. Hic igitur finem faciemus, si prius pauca quaedam de distributione temporis in hac parte quarti anni ministerij Christi annotauerimus.

Tempus igitur illud quarti anni est trium mensium & aliquantulū ultra. In illud tempus distribuendæ sunt historiae. Vulgaris autem & usitata est sententia, profectio nem Christi ex Petraea, versus Ierosolymam incidisse in principium mensis Martij. Ordine igitur retrogrado

MINIST: CHRISTI. 149


grado commemorationi in Petraea tribuatur dimidius mensis, aut circiter, & peregrinationi per Samariam & Galilaam, quam Lucas describit, tribuatur menstruum tempus, & deducetur supputatio usque ad medium Ianuarij. Quod ergo superest temporis usque ad principium quarti anni, tribuetur commemorationi Christi in Bethabera, Iohan. 10. v. 40.

FINIS EPITOMES
Harmonie Evangelicae.



K : CANA

CANDIDO ET
PIO LECTORI, S.

 Vandoquidem huius
Compendij harmoni-
ci author, sub finem E-
vangelicæ historia Domini-
cæ passionem omisit: eò quòd
illa à Reverendo patre, Domi-
no D. Johanne Bugenhageno
Pomerano, Ecclesiæ VViteber-
bergensis Pastore dignissimo,
diligenter tractata fuisset. Et
verò dubium non sit, pium &
historia Christi studiosum lecto-
rem, ubi eam huc usq; deduxe-
rit, cū desiderio passionis quoq;
meditationem exoptaturum es-
se. Nobis autem constitutum
sit

fit, hac vice, cenis de causis, in
hac editione nihil addere. Iccir-
co, ut illi desiderio avidi Lecto-
ris aliqua ex parte satisfaceret,
suavissimos D. Bernharde
Rhythmos, quibus is hanc E-
vangelica historia partem pro-
secutus est, hic subijcere libuit.
Nihil addubitantes, candido
Lectori & gratos illos, & ad
piam animi devotionem exci-
tandam non inconuenientes
futuros. Quem in Christo Iesu
feliciter valere, & hoc studi-
um nostrum dextrè inter-
pretari optamus.

K 7

D. BERG

D. BERNHARDI,
PRIMI QVON-
DAM ABBATIS CLA-
ravallensis cœnobij, rhytmica oras-
tio, ad unum quodlibet membror-
um Christi patientis & à
cruce pendentis.

Ad pedes.

Salve mundi salutare,
Salve salve Jesu care,
Cruci tuæ me aptare,
Vellem vere, tu scis quare,
Da mihi tui copiam.

Ac si præsens sis, accedo,
Imo te præsentem credo:
O quàm nudum hic te cerno,
Ecce tibi me prosterno,
Sis facilis ad veniam.

Clavos pedum, plagas duras,
Et tam

Et tam graves impressuras,
Circumplector cum affectu,
Tuo pavens in aspectu,
Tuorum memor vulnerum.

Grates tantæ caritati,
Nos agamus, vulnerati,
O amator peccatorum,
Reparator confractorum:
O dulcis pater pauperum.

Quicquid est in me confractum,
Dissipatum aut distractum,
Dulcis Iesu totum sana,
Tu restaura, tu complana,
Tam pio medicamine.

Te in tua cruce quero,
Prout queo corde mero,
Me sanabis hicut spero,
Sana me. Et salvus ero,

K s In

In tuo lavans sanguine.

Plagas tuas rubicundas,
Et fixuras tam profundas,
Cordi meo fac inscribi,
Ut configar totus tibi,
Te modis amans omnibus.

Dulcis Jesu pie Deus,
Ad te clamo licet reus,
Præbe mihi te benignum,
Ne repellas me iadignum,
De tuis Sanctis pedibus.

Coram cruce procumbentem,
Hosq; pedes complectentem
Jesu bone non me spernas,
Sed de cruce sancta cernas
Compassionis gratia.

In hac cruce stans directè,
Vide me o mi dilectè,

Ad

Ad te totum me converte,
Esto sanus dic aperiè,
Dimitto tibi omnia.

Ad genua.

Salve Iesu rex sanctorum,
Spes votiva peccatorum,
Crucis ligno tanquam reus,
Pendens homo verus Deus,
Caducis nutans genibus.

O quàm pauper, o quàm nu-
Qualis est, in cruce ludus, (dus,
Derisorum jocus factus,
Sponte tamen, non coactus,
Attritus membris omnibus.

Sanguis tuus abundanter
Fusus, fluit incessanter,

Totus

Totus lotus in cruore,
Stas in maximo dolore,
Præcinctus vili tegmine.
O majestas infinita
O egestas inaudita
Quis pro tanta caritate
Quærit te in veritate,
Dans sanguinẽ pro sanguine?
Quid sum tibi responsurus,
Actu vilis, corde durus?
Quid rependam amatori,
Qui eligit pro me mori.
Ne dupla morte morerer?
Amor tuus, amor fortis,
Quem non vincunt jura mortis,
O quam pia me sub cura,
Tua foves in pressura,
Ne morsu mortis vulnerer.

Ecce

Ecce tuo pro amore,
Te complector cum rubore:
Me coopto diligenter,
Tu scis causam evidenter,
Sed suffer & dissimula.

Hoc quod ago non te gravet,
Sed me sanet & me lavet,
Inquinatum & agrotum,
Sanguis fluens hic per totum,
Ut non supersit macula.

In hac cruce te cruentum,
Te contemptum & distentum,
Ut requiram, me impelle,
Et hoc imple meum velle,
Facturus quod desidero.

Ut te queram mente pura,
Sit hac mea prima cura,
Non est labor, nec gravabor,
Sed

Sed sanabor & mundabor,
Cum te complexus fuero.

Ad manus.

S Alve Iesu pastor bone,
Fatigatus in agone,
Qui per lignum es distractus,
Et ad lignum es compactus
Expansis Sanctis manibus,
Manus Sancta vos avete,
Rosas novis adimpleta,
Hos ad ramos dure juncta,
Et crudeli ferro puncta
Tot guttis decurrentibus.
Ecce fluit circumquaque
Manu tua de utraque
Sanguis tuus copiose,

Rubi.

Rubicundus instar rosa
Magna salutis precium.

Manus clavis perforatas,
Et cruore purpuratas,
Corde premo pra amore,
Sitibundo bibens ore
Cruoris stillicidium.

O quàm largè te exponis,
Promtus malis atq; bonis:
Trabis pigros, pios vocas,
Et in tuis ulnis locas,
Paratus gratis omnibus.

Ecce tibi me presento
Vulnerato & cruento:
Semper agris misereris,
De me ergò ne graveris,
Qui praesto es amantibus.

La

In hac cruce sic extensus,
In te meos trabe sensus,
Meum posse, velle, scire,
Cruci tuæ fac servire,
Me tuis apta brachijs.

In tam lata caritate,
Trabe me in veritate,
Propter crucem tuam almam;
Trabe me ad crucis palmam,
Dans finem meis vitijs.

Manus sanctæ vos amplector,
Et gemendo condelector.

Grates ago plagis tantis,
Clavis duris, guttis sanctis,
Dans lacrymas cum osculis.

In cruore tuo lotum
Me commendo tibi totum.
Tuæ sanctæ manus ista

Me

Me defendant Iesu Christe,
Extremus in periculis.

Ad latus.

Salve Iesu summè bonus,
Ad parcendum nimis pro-
nus:

Membra Eva macilenta
Quàm acerbè sunt distenta,
In ramo crucis torrida.

Salve latus salvatoris
In quo latet mel dulcoris,
In quo patet vis amoris,
Ex quo scatet fons cruoris
Qui corda lavat sordida.

Ecce tibi appropinquo,
Parce Iesu, si delinquo.
Verecunda quidem fronte

L Ad

Ad te tamen veni sponte,
Scrutari tua vulnera.

Salve mitis apertura,
De qua manat vena pura,
Porta patens & profunda,
Super rosam rubicunda,
Medela salutifera.

Odor tuus super vinum,
Virus pellens serpentinum.

Potus tuus, potus vita:

Qui sititis, huc venite,

Tu dulce vulnus aperi,

Plaga rubens aperire,

Fac meum cor te sentire,

Sine me in te transire,

Vellem totus introire,

Pulsanti pande pauperi.

Ore meo te contingo,

Et

Et ardentè ad me stringo,
In te meum cor intingo,
Et ferventi corde lingo,
Me totum in te traice.

O quàm dulcis sapor iste,
Qui te gustat Iesu Christe,
Tuo victus à dulcore,
Mori posset præ amore,
Te unum amans unice.

In hac fossa me reconde,
Infer meum cor profunde,
Vbi latens incalescat,
Et in pace conquiescat,
Nec prorsus quenquã timeat.

Hora mortis meus flatus,
Intret Iesu tuum latus,
Hinc exspirans in te vadat,

L 2 Ne

Et

Ne hunc leo trux invadat,
Sed apud te permaneat.

Ad pectus.

Salve salus mea Deus,
Iesu dulcis amor meus,
Salve pectus reverendum,
Cum tremore contingendum,
Amoris domicilium.

Ave thronus Trinitatis,
Arca late caritatis,
Firmamentum infirmatis,
Pax & pausa fatigatis,
Humilium triclinium.

Salve Iesu reverende,
Digne semper inquirende,
Me presentem hic attende,
Accedentem me succende
Præcordiali gratiâ.

Pectus

Pectus mihi confer mundū,
Ardens, pium, gemebundum,
Voluntatem abnegatam,
Tibi semper conformatam,
Iuncta virtutum copia.

Iesu dulcis pastor pie,
Fili Dei & Maria,
Largo fonte tui cordis,
Fœditatem mea sordis,
Benigne pater dilue.

Ave splendor & figura,
Summi Dei genitura,
De thesauris tuis plenis,
Desolatis & egenis,
Munus clementer profue.

Dulcis Iesu Christi pectus,
Tuo fiam dono reclusus,
Absolutus à peccatis,

L 3 Ardent

*Ardens igne caritatis,
Vt semper te recogitem,*

*Tu abyssus es sophia,
Angelorum harmonia,
Te collaudant, ex te fluxit
Quod Iohannes cubans suxit:
In te fac ut inhabitem.*

*Ave fons benignitatis,
Plenitudo Deitatis
Corporalis in te manet:
Vanitatem in me sanet:
Quod tu confers consilium.*

*Ave verum templum Dei,
Precor miserere mei:
Tu totius arca boni,
Fac electis me apponi,
Vas dives, deus omnium.*

Ad

Ad cor.

SUMMI regis cor aucto,
Te saluto corde lato,
Te complecti me delectat,
Et hoc incum cor affectat,
Ut ad te loquar, annues.

Quo amore vincebaris,
Quo dolore tor quebaris,
Cum te totum exhaurires,
Ut te nobis impartires.
Et nos à morte tolleres?

O mors illa quàm amara,
Quàm inmitis, quàm avara,
Quae per cellam introiit,
In qua mundi vita vivit,
Te mordens cor dulcissimum.
Propter mortem quã tulisti

L 4 Quan

Quando pro me defecisti,
Cordis mei cor dilectum,
In te meum ser affectum,
Hoc est quod opto plurimum.

O cor dulce præ dilectum,
Munda cor meum illectum,
Et in vanis induratum,
Pium fac & timoratum,
Repulso retrò frigore.

Per medullam cordis mei,
Peccatoris atq; rei,
Tuus amor transferatur,
Quò cor totum rapiatur,
Languens amoris vulnere.

Dilatate, aperire,
Tanquam rosa fragrans mirè,
Cordi meo te conjunge,
Vnge illud & compunge.

Qui

Qui amat te, quid patitur?

Quidnam agat, nescit verè:
Nec se valet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa morte vellet mori,
Amore quisquis vincitur.

Viva cordis voce clamo,
Dulce cor, te namq̃ amo:
Ad cor meum inclinare,
Vi se possit applicare
Devoto tibi pectore.

Tuo vivat in amore,
Ne dormitet in torpore,
Ad te oret, ad te ploret,
Te adoret, te honoret,
De fruens omni tempore.

Rosa cordis operire,
Cujus odor fragrat mirè.

L 5 Te

Te dignare dilatare,
Fac cor meum anhelare
Flamma desiderij.

Da cor cordi faciarī,
Tecum Iesu vulnerari,
Nam cor cordi similatur,
Si cor meum perforatur
Sagittis improperij.

In,fer tuum intra sinum
Cor ut tibi sit vicinum,
In dolore gaudioso,
Cum de formi specioso,
Quod vix seipsum capiāt.

Hic repauset, hic moretur,
Ecce jam post te movetur,
Te ardentē vult sitire,
Iesu noli contraire,
Vt bene de te sentiat.

Ad facis

Ad faciem

Salve caput cruentatum,
Totum spinis coronatum,
Conquassatum, vulneratum,
Arundine verberatum,
Facie sputis illita.

Salve cujus dulcis vultus,
Immutatus & incultus,
Immutavit suum florem,
Totus versus in pallorem,
Quem cœli tremat curia.

Omnis vigor atq; viror
Hinc recessit, non admiror,
Mors apparet in conspectu,
Totus pendens in defectu,
Attritus agra macie.

Sic affectus, sic despectus

Pro-

Propter me sic interfectus,
Peccatori tam indigno,
Cum amoris interfigno,
Appare clara facie.

In hac tua passione,
Me agnosce pastor bone,
Cujus sumsi mel ex ore,
Haustum lactis cum dulcore,
Præ omnibus delicijs.

Non me reum asperneris,
Nec indignum dedigneris,
Morte tibi jam vicina
Tuum caput hic inclina,
In meis pausa brachijs.

Tua sancta passioni
Me gauderem interponi,
In hac cruce tecum mori:
Presta crucis amatori

Sub

Sub cruce tua moriar.


Morti tua tam amara
Grates ago Iesu care,
Qui es clemens pie Deus,
Fac quod petit tuus reus,
Ut absq^{ue} te non finiat.

Dum memori est necesse,
Noli mihi tunc deesse,
In tremenda mortis hora,
Veni Iesu absq^{ue} mora,
Tuere me & libera.

Cum me jubes emigrare,
Iesu care tunc appare:
O amator amplectende,
Temetipsum tunc ostende
In cruce salutifera.

F I N I S.

F I N I S



Je 767ⁱ


ULB Halle 3
003 750 086




f
sb.

1017







B.I.G.

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Farbkarte #13

EPITOME
 HARMONIAE
 EVANGELICAE
 conscripta à
 MARTINO CHELLEN
 TIO, THEOLOGIAE DOCTO
 re, & Ecclesiae Brunsvicensis Superins
 tendente vigilantissimo
 edita à
 POLYCARPO LYSERO D.



in Privilegio Illustrissimi Domini Admi-
 nistratoris Saxoniae.
 VVITTEBERGAE,
 apud Zachariae Lehmanni, Anno 1594.
 Sumptibus Haeredum Bartholomaei Vogelii
 & Andreae Hofmanni,
 Valentini Jylü.

